

scitur), aut certe pro voluntate studiosi lectoris, A qui (si fieri possit) quidquid in Scripturis divinis mirabiliter fulget, quidquid in præceptis moralibus copiosum est, totum parvo in corpore adunatum desiderat habere, paupertatis necessitate: ego tamen, juvante Christo, ingenio quo potui, et maxime occasione oblata, qua id a me fieri voluisti, Constanti mihi venerabilis frater, ita hoc opus etsi minus instructus assumpsi, ut tanta excerptorum intelligentia caput causamque rationabilem habere videatur. Nam cum omnis Scriptura divinitus inspirata, ut ait Apostolus (II Tim. iii, 16), *utilis sit ad docendum, ad erudiendum, ad justitiam*; ut perfectus sit homo Dei ad omne opus bonum instructus, et quæcunque sunt hactenus scripta, ad nostram doctrinam scripta sunt, ut per patientiam et consolationem Scripturarum spem habeamus: quid brevius, quid utilius censui, quam ut ex tanta divinarum librorum copia, singulis festivitatis quod aptum ex his vel competens esset, exciperem, et quodam modo distinctissime collocarem?

Incipiens itaque a Nativitate Christi, quod est viii kalendas Januarias, in Vigiliis ad Nonam per ordinem, quem assidue in Ecclesia didiceram, lectiones utriusque Testamenti simplicibus ministravi. Porro editionem illam quam ex Hebraicis voluminibus in Latinum translata esse constat, in hunc quippe modum, quæ vel cuiusque prophetiæ lectio præsentis festivitatis congruat, quid apostoli doceant, vel ad eundem titulum quid Evangelii annuntiet auctoritas, dudum vertente jam anno per omnes dies festos Ecclesiæ opportune censui omnia secundum tempus esse legenda. Sed nonnulla alia ædificationis causa multa illic aggregata sunt, atque suis appellationibus inserta, id est, in capite Quadragesimæ de abstinentia escarum et sobrietate; B item in Quadragesima de penitentia, de pudicitia, de remissione inimicitarum, vel alia multa. Hæc enim omnia ad multorum equidem utilitatem petitionibus tuis obediens scribere curavi, venerabilis mihi et amantissimo frater.

INCIPIIT

LIBER COMITIS,

SIVE

LECTIONARIUS PER CIRCULUM ANNI.

In Christi nomine. Anni circuli liber Comitisc
incipit, auctus a Theoticho indigno presbytero, rogatu viri venerabilis Hechardi comitis Ambianensis, ita tamen ut sancta evangelistarum dicta necnon et apostolorum ac prophetarum immota atque inconcussa servarentur, et diebus quibus deerant propriæ sanctæ lectiones adhiberentur, sicut a sanctis patribus sunt coadunata. Aut si alicui aut in feriis aut in festivitatis sanctorum aliquid minus esse videtur, recurrat ad hebdomadam quam voluerit, et reperiet semper super octo aut unam aut duas aut eo amplius feriam, quam legere poterit, aut sibi nihil desit. (Propter frequens vero temporis incursum fuit in quibusdam epistolis apponere hoc ω, quod significat finem, et rursus σ propter principium alterius epistolæ¹.)

In vigilia natalis Domini viii Kal. Januar. ad sanctam Mariam de nona a sanctis Patribus. Lectio epistolæ beati Pauli apostoli ad Romanos. Fratres, Paulus servus Christi Jesu, *usque* et vos vocati Jesu Christi Domini nostri.

Item ubi supra. . . Lectio Isaïæ prophetæ. Hæc dicit Dominus, Propter Sion non tacebo, *usque* complacuit Deo in te.

Evangelium secundum Matthæum. In illo tempore, cum esset desponsata mater Jesu, Maria, *usque* salvum faciet populum suum a peccatis eorum.

Item ad sanctam Mariam de nocte. Lectio epistolæ beati Pauli apostoli ad Titum. Charissimi, apparuit gratia Salvatoris nostri Dei, *usque* in Christo Jesu Domino nostro.

Item ubi supra. Lectio Isaïæ prophetæ. Hæc dicit Dominus: Populus gentium, *usque* in sempiternum.

Evangelium secundum Lucam, cap. iii, Exiit edictum a Cæsare, *usque* pax hominibus bonæ voluntatis.

Item ad sanctam Anastasiam mane. Lectio Epistolæ beati Pauli apostoli ad Titum. Charissimi, apparuit benignitas et humanitas, *usque* in Christo Jesu Domino nostro.

Item ubi supra. Lectio Isaïæ prophetæ. Hæc dicit Dominus. Spiritus Domini super me, *usque* redempti a Domino Deo.

Evangelium secundum Lucam cap. iii, Pastores loquebantur, *usque* dictum est ad illos.

Item ad sanctum Petrum in die. Lectio epistolæ

¹ Hæc addita sunt in margine a manu recentiore, sed antiqua.

beati Pauli apostoli ad Hebræos. Fratres, multifarie multisque modis, usque anni tui non deficient.

Item ubi supra. Lectio Isaïæ prophetæ. Hæc dicit Dominus: Propter hoc sciet populus meus, usque et videbunt omnes fines terræ salutare Dei nostri.

Initium sancti Evangelii secundum Joannem. In principio erat Verbum, usque et veritatis.

In natali sancti Stephani, id est, vii Kalend. Januarii. Lectio Actuum apostolorum. In diebus illis Stephanus plenus gratia, usque obdormivit in Domino. Evangelium secundum Matthæum cap. cxxl. Dicebat Jesus turbis Judæorum, usque benedictus qui venit in nomine Domini.

In natali sancti Joannis evangelistæ, id est, vi Kal. Januarii. Lectio libri Sapientiæ. Qui timet Deum, faciet bona, usque in nomine æterno hæreditabit illum Dominus Deus noster. Evangelium secundum Joannem cap. cccxxi: Dixit Jesus Petro, Sequere me, usque quia verum est testimonium ejus.

In natali Innocentium, id est, v Kal. Januarii. Lectio libri Apocalypsis Joannis apostoli. In diebus illis vidi super montem Sion agnum stantem, usque antethronum Dei. Evangelium secundum Matthæum cap. vi. Ecce angelus Domini apparuit in somnis Joseph, usque quoniam Nazaræus vocabitur.

Kal. Januarii, si in Dominica contigerit, istæ lectiones ex libris Comitibus legantur. Epistola Pauli apostoli ad Galatas. Fratres, quanto tempore hæres parvulus est, usque et hæres per Deum. Evangelium secundum Lucam cap. ii, Erat Joseph et Maria mater Jesu, usque gratia Dei erat in illo. Sin alias est, istæ. Lectio libri Geneseos. In diebus illis formavit igitur Dominus hominem de limo, usque fluvius quartus ipse est Euphrates. Evangelium secundum Matthæum cap. xiii, Venit Jesus a Galilæa in Jordane, usque in quo mihi complacuit.

Id. iii Kal. Januarii. Lectio libri Geneseos. In diebus illis tulit Dominus Deus hominem, usque ipsum est nomen ejus. Evangelium secundum Matthæum c. xviii, Cum audisset Jesus quod Johannes traditus esset, usque appropinquabit enim regnum cælorum.

Pridie Kal. Januarii. Natale sancti Silvestri. Lectio Epistolæ beati Pauli apostoli ad Hebræos. Fratres, plures facti sunt sacerdotes secundum legem, usque se offerendo Dominus noster Jesus Christus. Evangelium secundum Matthæum c. cclxiii: Dixit Jesus discipulis suis, Vigilate, quia nescitis, usque super omnia bona sua constituet eum.

Kal. Januarii. Octabas Domini. Ipsa lectio legatur quæ est in vigilia Domini de nocte. Evangelium secundum Lucam (cap. iii), Postquam consummati sunt dies octo, usque gloria plebi tuæ Israel.

iv Non. Januarii. Lectio libri Geneseos. In diebus illis Adam non inveniebatur adjutorium simile ei, usque et aperti sunt oculi amborum. Evangelium

A secundum Matthæum cap. 'xxiii, Circuibat Jesus totam Galilæam, usque de trans Jordanem.

iii Non. Januarii. Natale sanctæ Genovefæ virginis. Lectio libri sapientiæ. Pulchra est casta generatio, usque in refrigerio erit. Evangelium secundum Matthæum cap. xxxvii, Audistis quia dictum est antiquis, Non mœchaberis, usque volenti a te mutuari ne avertaris.

Prid. Non. Januarii. Lectio Daniel prophetæ. In diebus illis venit Nabuchodonosor rex Babylonis in Jerusalem, et obsedit eam, usque qui vescebantur cibo regio. Evangelium secundum Matthæum c. lxxvii, Cum venisset Jesus in domum Simonis Petri, usque sepelire mortuos suos.

Non. Januarii. Lectio libri Geneseos. In diebus illis. Cum autem cognovissent se esse nudos, Adam scilicet et uxor ejus, usque in pulverem revertentis. Evangelium secundum Matthæum c. cxxxiii, Locutus est Jesus ad turbam et discipulos suos dicens, Videntes non vident, et audientes non audiunt, usque et aures vestræ quæ audiunt.

Item eodem die, in vigilia Theophaniæ, Lectio Epistolæ beati Pauli apostoli ad Titum. Charissime, apparuit benignitas et humanitas, usque in Christo Jesu Domino nostro. Evangelium secundum Matthæum cap. vi, Defuncto Herode, ecce apparuit angelus Domini in somnis Joseph, usque Nazaræus vocabitur.

viii Idus Januarii, in Theophania. Lectio Isaïæ prophetæ. Surge, illumina, Jerusalem, usque et laudem Domino annuntiantes. Evangelium secundum Matthæum cap. iv, Cum natus esset Jesus in Bethlehem Judæ, usque per aliam viam reversi sunt in regionem suam.

vii Id. Januarii. Lectio Isaïæ prophetæ. In diebus illis locutus est Isaias propheta dicens: Anno quo mortuus est rex Ozias, vidi Dominum sedentem super solium excelsum, usque et peccatum tuum mundabitur. Evangelium secundum Matthæum cap. cxxxix, Factum est cum consummasset Jesus sermones istos, usque qui potest capere capiat.

vi Id. Januarii. Belloacus natale sancti Luciani martyris. Lectio libri Sapientiæ. Audite, reges, et intelligite, usque inveniet quid respondeant. Evangelium secundum Matthæum cap. cclvi, Dixit Jesus discipulis suis, Sicut fulgur exit ab oriente, usque terminos eorum.

v Idus Januarii. Lectio Isaïæ prophetæ. In diebus illis dixit Dominus ad Isaïam, Egredere in occursum Achaz, usque si non credideritis, non permanebitis. Evangelium secundum Marcum, Dixit Jesus discipulis suis, Simile est regnum Dei, quemadmodum si homo jaciât sementem in terra, usque sine parabola non loquebatur eis.

iv Idus Januarii. Lectio Isaïæ prophetæ. In diebus illis locutus est Dominus ad Isaïam prophetam dicens, Pro eo quod adjecit populus iste aquas Siloe, usque quia nobiscum Deus. Evangelium secundum Marcum cap. lxxii, Dixit Jesus discipulis

suus, Venite scoræum, eamus in desertum locum, **A** Simile est regnum cœlorum thesaurò abscondito, usque concurrerunt illuc.

III Idus Januarii. Lectio Isaïe prophetæ. In diebus illis dixit Isaïas, Hæc enim ait Dominus ad me, sicut in forti manu erudivit me, usque a Domino exercituum qui habitat in monte Sion. Evangelium secundum Marcum cap. xc. Veniens Jesus ad discipulos suos, vidit turbam magnam, usque inter vos conquiritis.

Prædie Idus Januarii. Lectio Isaïe prophetæ. In diebus illis locutus est Isaïas propheta dicens, Si fuerit populus tuus Israel quasi arena maris, reliquæ convertentur, usque super montem sibi Sion. Evangelium secundum Marcum cap. xxvii, Respondit Jesu Joannes dicens, Magister, vidimus quendam, usque qui non est adversum vos, pro vobis est.

Idibus Januarii. Octabas Theophaniæ. Lectio Isaïæ prophetæ. Domine Deus meus, honorificabo te, usque annuntiate hæc in universa terra. Evangelium secundum Joannem. Vidit Joannes Jesum venientem ad se, usque quia hic est Filius Dei.

Dominica 1 post Theophaniam. Lectio epistolæ beati Pauli apostoli ad Romanos: Fratres, obsecro vos per misericordiam Dei, usque in Christo Jesu Domino nostro. Evangelium secundum Lucam cap. iii, Cum factus esset Jesus annorum xii, usque apud Deum et homines.

xix Kal. Februarii. Natale sancti Felicis confessoris in Pincis. Lectio libri Geneseos. In diebus illis fecit Dominus Deus Adæ et uxori ejus tunicas pelliceas, usque ad custodiendam viam ligni vitæ. Evangelium secundum Marcum cap. cxii. Erant turbæ in via ascendentes cum Jesu Hierosolymam, usque tertia die resurget.

xviii Kal. Februarii. Lectio libri Geneseos. In diebus illis factum est ut offerret Cain Domino Deo de fructibus terræ, usque qui occiderit eum, septuplum punietur. Evangelium secundum Marcum, cap. cxvi, Venit Jesus Hierico, usque sequebatur eum in via.

xvii Kalend. Februarii. Natale sancti Marcelli confessoris. Lectio libri Geneseos. In diebus illis Lamech accepit uxores duas, usque omne tempus quo vixit Adam anni nongenti triginta. Evangelium **D** secundum Marcum cap. cxxxv, Dixit Jesus discipulis suis, Cavete a scribis qui volunt in stolis ambulare, usque hic accipiunt prolixius judicium.

xvi Kal. Februarii. Natale sancti Sulpicii. Lectio libri Sapientiæ. Super salutem et speciem dilexi sapientiam, usque propter disciplinæ dona commendati. Evangelium secundum Marcum cap. cxlii, Dixit Jesus discipulis suis, Cum videritis abominationem desolationis, usque propter electos quos elegit, breviabit dies.

xv Kal. Februarii. Natale sanctæ Priscæ. Lectio libri Sapientiæ. Omnium artifex docuit me sapientia, usque et super omnem stellarum dispositionem. Require Evangelium secundum Matthæum cap. cxi.

usque nova.

xiv Kal. Februarii. In natali Mariæ et Marthæ. Lectio libri Geneseos. In diebus illis edificavit Noe altare Domino, usque diluvium dissipans terram. Evangelium secundum Marcum cap. xviii, Venit ad Jesum leprosus deprecans eum, usque quæ præcepit Moyses in testamentum illis.

xiii Kal. Februarii. In natali Fabiani et Sebastiani. Lectio libri Sapientiæ. Sapientia vincit malitiam, usque quibus utilitas nihil est in vita hominibus. Evangelium secundum Matthæum cap. cclxiii, Dixit Jesus discipulis suis, Vigilate, quia nescitis diem, usque constituet eum.

xii Kal. Februarii. In natali sanctæ Agnes. Lectio libri Sapientiæ. Cum tentarentur justii, usque in finem eventus mirati sunt. Evangelium secundum Matthæum cap. cclxviii, Dixit Jesus discipulis suis, Simile est regnum cœlorum decem virginibus, usque nescitis diem neque horam.

xi Kal. Februarii. In natale sancti Vincenti. Lectio libri Sapientiæ. Misereris omnium, Domine, quia omnia potes, usque credant in te, Domine. Evangelium secundum Joannem cap. xiv. Dixit Jesus discipulis suis, Nisi granum frumenti cadens in terra, usque Pater meus qui in cœlis est.

Dominica ii post Theophaniam. Lectio Epistolæ beati Pauli apostoli ad Romanos. Fratres, habentes donationes secundum gratiam, usque humilibus consentientes. Evangelium secundum Joannem cap. xviii, Nuptiæ factæ sunt, usque crediderunt in eum discipuli ejus.

x Kal. Februarii. In Natali sanctorum Macharii, Emerentiani. Lectio libri Sapientiæ. Cum sis ergo justus, Domine, usque speremus misericordiam. Evangelium secundum Lucam cap. clvi, Elevatis oculis Jesus in discipulos suos, usque merces vestra multa est in cœlo.

ix Kal. Februarii. In natali sancti Projecti. Lectio libri Sapientiæ. Domine Deus noster, suavis et verus es, usque radix est immortalitatis. Evangelium secundum Lucam cap. lxxiv, Dixit Jesus discipulis suis, Omnis qui venit ad me, usque supra petra.

viii Kal. Februarii. Lectio libri Geneseos. In diebus illis dixit Dominus ad Noe, et ad filios ejus, Hoc signum fœderis quod do inter me et vos, usque universæ carnis quæ super terram. Evangelium secundum Marcum cap. i, Egressus Jesus venit in patriam suam, usque impositis manibus curavit eum.

vii Kal. Februarii. Lectio libri Geneseos. In diebus illis erat terra labii unius, et sermonum eorundem, usque super faciem cunctarum regionum. Evangelium secundum Lucam cap. xxvi, Surgens Jesus de synagoga, usque oportet me evangelizare regnum Dei.

vi Kal. Februarii. In natali sanctæ Agnes de natiuitate. Lectio libri Geneseos. In diebus illis tulit

Thare Abraham filium suum, usque ab oriente Hæi. Evangelium secundum Marcum cap. xxi, Introivit Jesus in synagoga, usque restituta est manus illius.

v Kal. Februarii. Lectio libri Sapientiæ. Justitia perpetua est, usque calore illius aggravata. Evangelium secundum Matthæum cap. cxi, Dixit Jesus discipulis suis. Simile est regnum cœlorum thesauro abscondito in agro, usque nova et vetera.

Dominica iii post Theophaniam. Lectio Epistolæ beati Pauli apostoli ad Romanos. Fratres, nolite esse prudentes, usque vince in bono malum. Evangelium secundum Matthæum cap. lxiii, Cum descendisset Jesus de monte, usque sanatus est puer in illa hora.

iv Kal. Februarii. Lectio libri Geneseos. In diebus illis descendit Abraham in Ægyptum, usque accipe eam, et vade. Evangelium secundum Lucam cap. xxxiii, Cum esset Jesus in civitate, usque ab infirmitatibus suis.

iii Kal. Februarii. Lectio libri Geneseos. In diebus illis ascendit Abraham de Ægypto, usque venientibus ad Segor. Evangelium secundum Marcum cap. xxxvi, Cœpit Jesus docere ad mare, usque qui habet aures audiendi audiat.

Pridie Kal. Februarii. Lectio libri Geneseos. In diebus illis dixit Dominus ad Abraham postquam divisus est, usque edificavit ibi altare Domino. Evangelium secundum Matthæum cap. lxxiv, Loquente Jesu ad turbas, usque in universam terram C

illam. Kal. Februarii. In natali sanctæ Brigidæ virginis. Lectio libri Sapientiæ. Creatura tibi factori deserviens, usque Magna enim sunt judicia tua, Domine, et inenarrabilia opera tua. Evangelium secundum Lucam, cap. lxxix, Dixit Jesus discipulis suis, Nemo accendens lucernam, usque auferetur ab illo.

iv Nonas Februarii. In purificatione beatæ Mariæ Virginis. Lectio libri Sapientiæ. In omnibus requiem quæsi, usque dedit suavitatem odoris. Evangelium secundum Lucam cap. iii, Accepit Simeon Jesum in ulnas suas, usque gratia Dei erat in illo. Iteo aliud Evangelium secundum Lucam, Postquam dies purgationis ejus, usque gloriam plebis tuæ Israel.

iii Non. Februarii. Lectio libri Geneseos. In diebus illis Melchisedech rex Salem occurrit Abrahamo a cæde regum revertenti, panem proferens et vinum, usque reputatum est illi ad justitiam. Evangelium secundum Marcum cap. xli, Dixit Jesus discipulis suis et turbis, usque disserebat omnia.

Pridie Non. Februarii. Lectio libri Geneseos. In diebus illis, postquam nonaginta annorum esse cœperat Abraham, usque pariter circumcisi sunt. Evangelium secundum Lucam cap. lxxviii, Dicebat Jesus parabolam intendens, usque panem in regno Dei.

A Non. Februarii. In natali sanctæ Agathæ. Lectio Epistolæ beati Pauli apostoli ad Corinthios. Fratres, qui gloriatur, in Domino gloriatur, usque exhibere Christo. Evangelium secundum Matthæum cap. cclxviii, Dixit Jesus discipulis suis parabolam banc, Simile est regnum cœlorum decem virginibus, usque neque hora.

Dominica iv post Theophaniam. Lectio Epistolæ beati Pauli apostoli ad Romanos. Fratres, nemini quidquam debeatis, usque plenitudo ergo legis est dilectio. Evangelium secundum Matthæum cap. lxix, Ascendente Jesu in navicula, usque obediunt ei.

viii Idus Februarii. Lectio libri Geneseos. In diebus illis apparuit Dominus Abraham in convalle Mambre, usque sed resisti. Evangelium secundum Marcum cap. xlvii, Venit Jesus trans fretum in regione Gerasenorum, usque et misertus est tui.

vii Idus Februarii. Lectio libri Geneseos. In diebus illis dixit Dominus ad Abraham, Num celare potero tibi quæ gesturus sum, usque et ille reversus est in locum suum. Evangelium secundum Lucam cap. lxxvii, Factum est deinceps, ibat Jesus in civitatem quæ vocatur Naim, usque plebem suam.

vi Idus Februarii. In natali S. Thomæ apostoli. Lectio Epistolæ beati Pauli apostoli ad Ephesios, Jam non estis hospites et advenæ, usque habitaculum Dei in Spiritu sancto. Evangelium secundum Joannem cap. cxxxiv, Hoc est præceptum meum, usque oderunt me gratis.

v Idus Februarii. Lectio libri Geneseos. In diebus illis venerunt duo angeli Sodomam, usque Loth ingressus est Segor. Evangelium secundum Lucam cap. lxxix, cogebat Jesum quidam Phariseus, usque dilexit multum.

iv Idus Februarii. In natali sanctorum Zotici, Ereni, Jacincti, Amanti, et Soteris. Lectio libri Sapientiæ. Omnis creatura ab initio ad suum genus refigurabatur, usque assistens eis. Evangelium secundum Lucam cap. civ, Factum est autem dum complerentur dies assumptionis Jesu, usque abierunt in aliud castellum.

iii Idus Februarii. Lectio libri Geneseos. In diebus illis profectus est Abraham in terram australem, usque cum filio meo Isaac. Evangelium secundum Marcum cap. lxxiii, Exiens Jesus de navi, usque abiit in montem orare.

Pridie Idus Februarii. Lectio libri Geneseos. In diebus illis deprecatus est Isaac Dominum pro uxore sua, usque parvipendens quod primogenita vendidisset. Evangelium secundum Matthæum cap. xlvi, Vespere autem facta, usque quinque millia hominum.

Dominica v post Theophaniam. Lectio Epistolæ beati Pauli apostoli ad Thessalonicenses. Fratres, induite vos sicut Dei electi, usque per Jesum Christum Dominum nostrum. Evangelium secundum Matthæum cap. cv, Respiciens Jesus dixit, Confiteor tibi, Pater, Domine cœli, usque onus meum leve.

Idus Februarii. Lectio libri Geneseos. In diebus illis orta autem fame super terram, usque donec magnus vehementer effectus est. Evangelium secundum Matthæum cap. cliv, Accesserunt ad Jesum ab Hierosolymis, usque non coinquinat hominem.

xvi Kal. Martii. In natali sanctorum Valentini, Vitalis, Feliculae, et Zenonis. Lectio libri Sapientiae. Metuentes Dominum, sustinete misericordiam ejus, usque sic et misericordia ejus cum eo. Evangelium secundum Lucam cap. xcvi, Dicebat Jesus discipulis suis. Si quis vult post me venire, usque donec veniat regnum Dei.

xv Kal. Martii. Lectio libri Geneseos. In diebus illis egressus Jacob de Bersabee, usque decimas offeram tibi. Evangelium secundum Lucam cap. lxxxiii, Factum est in una dierum, usque quanta illis Jesus fecisset.

xiv Kal. Martii. Natale sanctorum Onesimi et Julianæ virginis. Lectio libri Sapientiae. Filii sapientiae ecclesia justorum, usque justitia ædificabitur tibi. Evangelium secundum Matthæum cap. cxl. Dixit Jesus discipulis suis parabolam hanc: Simile est regnum cælorum thesauro abscondito, usque nova et vetera.

xiii Kal. Martii. In natali sancti Policioni episcopi. Lectio libri Geneseos. In diebus illis profectus est Jacob, venit ad terram orientalem, usque serviens apud eum septem annis. Evangelium secundum Marcum cap. lxxii, Surgens Jesus abiit in fines Tyri, usque dæmonium exisse ab eo.

xii Kal. Martii. Lectio libri Geneseos. In diebus illis videns Dominus quod despiceret Jacob Liam, usque appellavit eum Asser. Evangelium secundum Lucam cap. cxviii, Exsultavit Jesus in spiritu sancto, usque audire quæ audistis et non audierunt.

xi Kal. Martii. Lectio libri Geneseos. In diebus illis egressus Ruben tempore messis tritici, usque separatis inter se gregibus. Evangelium secundum Lucam cap. cxxxiv, Dixit Jesus discipulis suis, Lucerna corporis tui est oculus tuus, usque lucerna fulgaris illuminabit te.

Dominica in Septuagesima. Lectio Epistolæ beati Pauli apostoli ad Corinthios. Fratres, nescitis quod hi qui in stadio currunt, usque petra autem erat Christus. Evangelium secundum Matthæum cap. cc, Dixit Jesus discipulis suis, Simile est regnum cælorum homini patrifamilias, usque pauci electi.

x Kal. Martii. Lectio libri Geneseos. In diebus illis, quando primo tempore ascendebant oves, usque pergens ad Isaac patrem suum in terra Chanaan. Evangelium secundum Lucam cap. cxlix, Ait Jesu quidam de turba: Magister, dic fratri meo, usque qui sibi thesaurizat, non est dives, in Deum.

ix Kal. Martii. Lectio libri Geneseos. In diebus illis, tempore quo Laban icrat ad tondendas oves,

usque reversus est in locum suum. Evangelium secundum Lucam cap. clix, Servus qui cognovit voluntatem domini sui, usque et nurus in socrum suam.

viii Kal. Martii. In cathedra sancti Petri. Lectio libri Sapientiae. Fili, in mansuetudine perforce opera tua, usque exaudiet autem eum qui fecit illum. Evangelium secundum Lucam cap. clxvii, Dicebat Jesus, Cui est simile regnum Dei, usque stridor dentium.

vii Kal. Martii. Lectio libri Geneseos. In diebus illis abiit Jacob itinere quo cœperat, usque quanto magis contra homines prævalebit. Evangelium secundum Lucam cap. clxxi, Dixit Jesus turbis, Cum videritis Abraham, usque non capit propheta perire extra Hierusalem.

vi Kal. Martii. Lectio libri Geneseos. In diebus illis interrogavit Jacob angelum qui luctabatur cum eo, usque urbe Sicimorum quæ est in terra Chanaan. Evangelium secundum Lucam cap. lxxx, Dicebat Jesus ei qui se invitaverat, usque beatus qui manducat panem in regno Dei.

v Kal. Martii. Lectio libri Geneseos. In diebus illis postquam regressus est Jacob de Mesopotamia Syriæ, usque numquid ut scorto abuti debere sorore nostra. Evangelium secundum Lucam cap. cxci, Audiebant omnia hæc Pharisei quæ Jesus loquebatur, usque qui dimissam a viro ducit, nouchatur.

iv Kal. Martii. Lectio libri Geneseos. In diebus illis locutus est Dominus ad Jacob dicens, Surge et ascende Bethel, usque hic titulus monumenti Rachel, usque in præsentem diem. Evangelium secundum (Lucam) cap. cxcvii, Dixit Jesus discipulis suis, Impossibile est, ut non veniant scandala, usque obediret vobis.

iii Kal. Martii. Lectio libri Geneseos. In diebus illis erant filii Jacob xii, usque sepelierunt eum Jacob filii sui. Evangelium secundum Lucam cap. cci, Dixit Jesus discipulis suis: Quis vestrum habens servum arantem, usque quod debuimus facere fecimus.

Dominica in Sexagesima. Lectio Epistolæ beati Pauli apostoli ad Corinthios. Fratres, libenter suffertis insipientes, usque ut inhabitet in me virtus Christi. Evangelium secundum Lucam, cap. lxxvi, Cum turba plurima conveniret, usque fructum afferet in patientia.

Pridie Kal. Martii. Lectio libri Geneseos. In diebus illis ductus est Joseph in Ægypto, usque Dominus erat cum illo, et omnia opera ejus dirigebat. Evangelium secundum Lucam, cap. cci, Interrogatus Jesus a Phariseis quando venit regnum Dei, usque in die sua.

Kal. Martii. Lectio libri Geneseos. In diebus illis accidit ut peccarent duo eunuchi, usque oblitus est interpretis sui. Evangelium secundum Lucam, cap. ccviii, Dixit Jesus discipulis suis, Sicut factum

est in diebus Noe, usque memores estote uxoris Loth.

vi Non. Martii. Lectio libri Geneseos. In diebus illis dixit Pharaon somnium, usque consilium placuit Pharaoni et cunctis ministris ejus. Evangelium secundum Lucam, cap. cxxii. Dixit Jesus discipulis suis: Dico vobis, in illa nocte erunt duo in lecto uno, usque inveniet fidem in terra.

v (Non.) Martii. Lectio libri Geneseos. In diebus illis dixit Pharaon ad Joseph, usque malum inopie temperaremus. Evangelium secundum Lucam, cap. cclii. Dixit Jesus discipulis suis, Cum videritis circumdari ab exercitu Jerusalem, usque donec impleantur tempora nationum.

iv Non. Martii. Lectio libri Geneseos. In diebus illis, Audiens autem Jacob quod alimenta venderentur in Ægyptum, usque moriamini. Evangelium secundum Lucam, cap. cclix. Dixit Jesus discipulis suis, Attendite autem vobis, ne forte graventur corda vestra, usque in templo audire eum.

iii Non. Martii. Lectio libri Geneseos. In diebus illis fecerunt fratres Joseph in Ægypto, ut illis ipse praeceperat, et locuti sunt ad invicem, usque absque liberis ero. Evangelium secundum Lucam, cap. cxxi. Dixit Jesus discipulis suis, Ecce ego mitto promissum Patris mei in vos, usque benedicentes Deum.

ii Non. Martii. Lectio libri Geneseos. In diebus illis tolerunt filii Israel munera et pecuniam duplicem, usque ad patrem vestrum. Evangelium secundum Matthæum, cap. xxxiii. Dixit Jesus discipulis suis, Nolite putare quia veni solvere legem, usque hic magnus vocabitur in regno cælorum.

Non. Martii. In natali sanctarum virginum Perpetuæ et Felicitatis. Lectio libri Sapientie, Congregationi pauperum affabilem te facito, usque verbum in tempus salutis. Evangelium secundum Joannem, cap. xxv. Venit Jesus et discipuli ejus in Judæam terram, usque missus est ante eum.

Dominica in Quinquagesima. Lectio Epistolæ beati Pauli apostoli ad Corinthios. Et si linguis hominum loquar et angelorum, usque major autem his est charitas. Evangelium secundum Lucam, cap. ccxxii. Assumpsit Jesus duodecim discipulos suos, usque dedit laudem Deo.

viii Idus Martii. Lectio libri Geneseos. In diebus illis accedens Judas propius confidenter ad Joseph ait, usque festinate et adducite eum ad me. Evangelium secundum Joannem cap. li. Factum est cum descenderent discipuli Jesu ad mare, usque ad terram qua ibant.

vii Idus Martii. Lectio libri Geneseos. In diebus illis auditum est et celebri sermone vulgatum in aula regis, venerunt fratres Joseph, usque Joseph ponet manus suas super oculos tuos. Evangelium secundum Marcum, cap. cxx. Cum intrasset Jesus Hierosolimam in templum, usque quodcumque dixerit fiat, fiet ei.

FERIA IV. Capite jejunii. Ad sanctam Savinam.

A Lectio Jshel prophetæ. Hæc dicit Dominus Deus, Convertimini ad me in toto corde vestro, usque non dabo vos ultra opprobrium gentibus, dicit Dominus omnipotens. Evangelium secundum Matthæum, cap. xlv. Dixit Jesus discipulis suis, Cum jejunatis, nolite fieri sicut hypocritæ tristes, usque ibi est cor tuum.

Feria v. Lectio Isaia prophetæ. In diebus illis ægrotavit Ezechias usque ad mortem, usque protegam eam, dicit Dominus omnipotens. Evangelium secundum Matthæum, cap. lxxv. Cum introisset Jesus Capharnaum, usque sanatus est ex illa hora.

Feria vi. Lectio Isaia prophetæ. Hæc dicit Dominus Deus, Clama, ne cesses, usque quia misericors sum Dominus Deus tuus. Evangelium secundum Matthæum, cap. xxxix. Dixit Jesus discipulis suis, Audistis quia dictum est, Diliges proximum tuum, et odies inimicum, usque reddet tibi.

Sabbato. Lectio Isaia prophetæ. Hæc dicit Dominus, Si abstuleris de medio tui catenam, usque os enim Domini locutum est hæc. Evangelium secundum Marcum cap. (lxvi). Cum sero esset factam, erat navis in medio mari, usque salvi fiebant.

Dominica initium Quadragesimæ. Lectio Epistolæ beati Pauli apostoli ad Corinthios, Fratres, hortamur vos, usque omnia possidentes. Evangelium secundum Matthæum, cap. xv. Ductus est Jesus in desertum, usque angeli ministrabant ei.

Hinc plenarius sequitur ordo sicut in libro Comitum continentur, usque octavas Paschæ.

C FERIA II. Lectio Ezechiel prophetæ. Hæc dicit Dominus Deus, Ecce ego ipse requiram oves meas, usque in judicio et justitiam, dicit Dominus omnipotens. Evangelium secundum Matthæum, cap. cclxxii. Cum venerit Filius hominis in majestate sua, usque justi autem in vitam æternam.

Feria III. Lectio Isaia prophetæ. In diebus illis locutus est Isaias propheta dicens, usque ait Dominus omnipotens. Evangelium secundum Matthæum, cap. cct. Cum intrasset Jesus Hierosolimam, usque dicebat eos de regno Dei.

Feria IV. Lectio libri Exodi. In diebus illis dixit Dominus ad Moysen, usque et quadraginta noctibus. Evangelium secundum Matthæum, cap. cxxvii. Accesserunt ad Jesum Scribæ et Pharisei dicentes, usque ipse meus frater et soror et mater est.

D FERIA V. Lectio Ezechiel prophetæ. In diebus illis factus est sermo Domini ad me dicens, usque ait Dominus omnipotens. Evangelium secundum Joannem, cap. clvii. In illo tempore dicebat Jesus ad eos qui crediderunt ex Judæis, usque qui est ex Deo, verba Dei audit.

Feria VI. Lectio Ezechiel prophetæ. Hæc dicit Dominus Deus, Anima quæ peccaverit, ipsa morietur, usque vita vivet, et non morietur, dicit Dominus omnipotens. Evangelium secundum Joannem, cap. xxxvii. In illo tempore erat dies festus Judæorum, usque esset qui fecit eum sanum.

Sabbato in duodecim lectionibus. Ad sanctum

Petrum. Lectio libri Deuteronomii. In diebus illis locutus est Moyses ad Dominum dicens, *Respice, Domine, de sanctuario tuo, usque sicut locutus est tibi.*

Item lectio libri Deuteronomii. In diebus illis dixit Moyses filiis Israel, *usque sicut locutus est vobis Dominus Deus vester.*

Item lectio libri Machabæorum. In diebus illis orationem faciebant sacerdotes, *usque nec vos deserat in tempore Dominus Deus vester.*

Item lectio libri Sapientiæ. Miserere nostri, Deus omnium, *usque mirabilia tua, Domine Deus noster.*

Item lectio Daniel prophetæ. Angelus Domini descendit cum Azaria et sociis ejus, *usque et super-exaltatus in sæcula.*

Item benedictione.

Item lectio Epistolæ beati Pauli apostoli ad Thessalonicenses. Fratres, rogamus vos, corripite inquietos, *usque in adventum Domini nostri Jesu Christi servetur. Evangelium secundum Matthæum, cap. CLXXII, In illo tempore assumpsit Jesus Petrum et Jacobum et Joannem fratrem ejus, usque a mortuis resurget.*

Dominica prima infra Quadragesimam. Lectio Epistolæ beati Pauli apostoli ad Thessalonicenses. Fratres, rogamus vos, et obsecramus in Domino Jesu, *usque sed in sanctificatione in Christo Jesu Domino nostro. Evangelium secundum Matthæum, cap. LVII, Egressus inde Jesus recessit in partes Tyri, usque ex illa hora.*

Feria II. Lectio Daniel prophetæ. In diebus illis oravit Daniel dicens, *usque et super populum tuum, Domine Deus noster. Evangelium secundum Joannem, cap. LXXIX, Dixit Jesus turbis Judæorum, Ego vado, et queretis me, usque quæ placita sunt ei facio semper.*

Feria III. Lectio libri Regum. In diebus illis factus est sermo Domini ad Eliam, *usque quod locutus est in manu Eliæ. Evangelium secundum Matthæum, cap. CCXXVII, Locutus est Jesus ad turbas et ad discipulos suos dicens, usque exaltabitur.*

Feria IV. Lectio libri Hester. In diebus illis oravit Hester ad Dominum dicens, *usque hora canentium, Domine Deus noster. Evangelium secundum Matthæum, cap. CCI, Ascendens Jesus Hierosolymam, usque redemptionem pro multis.*

Feria V. Lectio Jeremiæ prophetæ. Hæc dicit Dominus Deus: *Maledictus homo qui confidit in homine, usque ad inventionem suarum, dicit Dominus omnipotens. Evangelium secundum Joannem, cap. (XLI), Dixit Jesus turbis Judæorum, Non possum ego a me ipso facere quidquam, usque quomodo verbis meis creditis.*

Feria VI. Lectio libri Geneseos. In diebus illis dixit Joseph fratribus suis, *usque volens eripere eum de manibus eorum et reddere patri suo. Evangelium secundum Matthæum, cap. CCXIX, Dixit Jesus discipulis suis, Homo erat paterfamilias, usque quoniam sicut prophetam eum habebant.*

Sabbato. Lectio libri Geneseos. In diebus illis dixit Rebecca filio suo Jacob, *usque desuper erit benedictio tua. Evangelium secundum Lucam, cap. CXC, Dixit Jesus discipulis suis, Homo quidam habebat duos filios, usque perierat et inventus est.*

Dominica II. XXX: Lectio Epistolæ beati Pauli apostoli ad Ephesios. Estote imitatores Dei sicut filii charissimi, *usque justitia et veritate. Evangelium secundum Lucam, cap. CXXVI, erat Jesus eiciens dæmonium, usque et custodiunt illud.*

Feria II. Lectio libri Regum. In diebus illis Naaman princeps militiæ regis Syriæ, *usque nisi tantum Dominus Deus Israel. Evangelium secundum Lucam, cap. XX, Dixerunt Pharisei ad Jesum,*

B *Quanta audivimus facta Capharnaum, usque transiens per medium illorum ibat.*

Feria III. Lectio libri Regum. In diebus illis mulier quædam clamabat ad Elisæum prophetam, dicens, *usque tu et filii tui vivite de reliquo. Evangelium secundum Matthæum, cap. CLXXXIII, Respicens Jesus discipulos suos, dixit Simoni Petro, usque septuagies septies.*

Feria IV. Lectio libri Exodi. Hæc dicit Dominus Deus, *Honora patrem tuam et matrem tuam, usque nominis mei. Evangelium secundum Matthæum, cap. CLV, Accesserunt ad Jesum ab Hierosolymis Scribæ et Pharisei dicentes, usque non coinquinant hominem.*

Feria V. Lectio Jeremiæ prophetæ. In diebus illis factum est verbum Domini ad me dicens, *Sta in porta domus Domini, usque in sæculum, dicit Dominus omnipotens. Evangelium secundum Joannem cap. (LII), Operamini non cibum qui perit, usque qui credit in me non sitiet unquam.*

Feria VI. Lectio libri Numeri. In diebus illis convenerunt filii Israel ad Moysen et Aaron, *usque et sanctificatus est in eis. Evangelium secundum Joannem, cap. XXXIII, Jesus fatigatus ex itinere, sedebat sic super fontem, usque quia hic est verus Salvator mundi.*

Sabbato. Lectio Daniel prophetæ. In diebus illis erat vir in Babylone, nomen ejus Joachim, *usque in die illa. Evangelium secundum Joannem, cap. LXXVI, Perrexit Jesus in montem Oliveti, usque et amplius jam noli peccare.*

Dominica XX. Lectio Epistolæ beati Pauli apostoli ad Galatas. Fratres, scriptum est quoniam Abraham duos filios habuit, *usque Christus nos liberavit. Evangelium secundum Joannem cap. XLVI, Abiit Jesus trans mare Galiliæ, quod est Tiberiadis, usque qui venturus est in mundum.*

Feria II. Lectio libri Regum. In diebus illis venerunt duæ mulieres meretrices ad regem Salomon, *usque ad faciendum judicium. Evangelium secundum Joannem cap. XX, Prope erat Pascha Judæorum, et ascendit Hierosolymam Jesus, usque ipse enim sciebat quid esset in homine.*

Feria III. Lectio libri Exodi. In diebus illis locu-

tus est populo suo Dominus Deus noster. Evangelium secundum Joannem cap. LXXV, Jam die festo mediante ascendit Jesus in templum et docebat, usque de turba multi crediderunt in eum.

Feria IV. Lectio Ezechiei prophetæ. Hæc dicit Dominus Deus, Sanctificabo nomen meum magnum, usque et ego ero vobis in Deum, dicit Dominus omnipotens. Evangelium secundum Joannem cap. LXXXIX. Præteriens Jesus vidit hominem cæcum a nativitate, usque et prociens adoravit eum.

Feria V. Lectio libri Regum. In diebus illis venit mulier Sunamites ad Elisæum in montem, usque reversus est in Galgala. Evangelium secundum Joannem cap. XI, Dixit Jesus turbis Judæorum, Pater meus usque modo operatur, et ego operor, usque in resurrectionem judicii

Feria VI. Lectio libri Regum. In diebus illis ægrotavit filius mulieris matrisfamilie, usque et verbum Domini in ore tuo verum est. Evangelium secundum Joannem cap. XCIV, Erat quidam languens Lazarus, usque crediderunt in eum.

Sabbato. Lectio Isaie prophetæ. Hæc dixit Dominus, In tempore placito exaudi vi te, usque non obliviscar ea, dixit Dominus omnipotens.

Alia. Lectio Isaie prophetæ. Hæc dicit Dominus Deus, Omnes sitientes, venite ad aquas, usque quod egredietur de ore meo, dixit Dominus omnipotens. Evangelium secundum Joannem cap. LXXXVI, Dixit Jesus turbis Judæorum, Ego sum lux mundi, usque quia necdum venerat hora ejus.

Dominica V in Quadragesima. Lectio Epistolæ beati Pauli apostoli ad Hebræos. Fratres, Christus assistens Pontifex, usque æternæ hereditatis in Christo Jesu Domino nostro. Evangelium secundum Joannem cap. LXXXIX, Dicebat Jesus turbis Judæorum et principibus sacerdotum, Quis ex vobis arguet me de peccato, usque et exivit de templo.

Feria II. Lectio Jonæ prophetæ. In diebus illis factum est verbum Domini ad Jonam, usque et miseratus est populo suo Dominus Deus noster. Evangelium secundum Joannem cap. LXXXIX, Miserunt principes et Pharisæi ministros, usque credentes in eum.

Feria III. Lectio Danieli prophetæ. In diebus illis congregati sunt Babylonii ad regem, usque de lacu leonum. Evangelium secundum Joannem cap. LXXV, Ambulans Jesus in Galilæa, usque propter metum Judæorum.

Feria IV. Lectio libri Levitici. In diebus illis locutus est Dominus ad Moysen dicens, Ego Dominus Deus vester, Non facietis furtum, usque ego enim sum Dominus Deus vester. Evangelium secundum Joannem cap. XCII, Facta sunt eucænia in Hierosolymia, usque et ego in Patre.

Feria V. Lectio Danieli prophetæ. In diebus illis oravit Daniel dicens, usque super omnem terram, usque unusquisque in domum suam. Evangelium secundum Lucam cap. LXXIV, In illo tempore rogabat Jesus, usque dilexit multum

A Feria VI. Lectio Jeremiæ prophetæ. In diebus illis dixit Jeremias, Domine, omnes qui te derelinquunt confundentur, usque contère eos, Domine Deus noster. Evangelium secundum Joannem cap. XCIV, Collegerunt pontifices et Pharisæi concilium, usque cum discipulis suis.

Sabbato. Eleemosyna datur. Lectio Jeremiæ prophetæ. In diebus illis dixerunt impii Judæi ad invicem, usque in tempore furoris tui, Domine Deus meus. Evangelium secundum Joannem cap. LXVI, Dixit Jesus discipulis suis, Amen, amen dico vobis, nisi manducaveritis carnem filii hominis, usque traditurus eum cum (esset) unus ex duodecim.

B Dominica in palmas. (Lectio epistolæ beati Pauli apostoli ad Philippenses.) Fratres, hoc enim sentite in vobis quod et in Christo Jesu, usque quia Dominus Jesus Christus in gloria est Dei Patris. Passio Domini nostri Jesu Christi secundum Mattheum cap. CCLXXIV, Dixit Jesus discipulis suis, Scitis quia post biduum Pascha fiet, et filius hominis, usque signantes lapidem cum custodibus.

Feria II. Lectio Isaie prophetæ. In diebus illis dixit Isaias, Dominus Deus aperuit mihi aurem, usque et imitantur in Domino Deo suo. Evangelium secundum Joannem cap. XCVIII, Ante sex dies Paschæ venit Jesus Bethaniam, ubi Lazarus fuerat mortuus, usque ut clarificetur filius hominis.

C Feria III. Lectio Jeremiæ prophetæ. In diebus illis dixit Jeremias, Domine, demonstrasti mihi, et cognovi, usque tibi enim revelavi causam meam, Domine Deus meus. Item Alia. Lectio libri Sapientie. In diebus illis dixerunt impii Judæi apud semetipsos, usque animarum suarum, dicit Dominus omnipotens. Evangelium secundum Joannem cap. CIV, Dixit Jesus discipulis suis, Amen, amen dico vobis, nisi granum frumenti cadens in terra, usque dilexerunt enim gloriam hominum magis quam gloriam Dei.

Feria IV. Lectio Isaie prophetæ. Hæc dicit Dominus Deus, Dicite filiæ Sion, Ecce Salvator tuus venit, usque super omnia que reddidit nobis Dominus Deus noster. Item Lectio Isaie prophetæ. In diebus illis, dixit Isaias, Domine, quis creditit auditui nostro, usque ut non perirent, dicit Dominus omnipotens. Passio Domini nostri Jesu Christi secundum Lucam cap. CCLX, Appropinquabat autem dies festus azymorum qui dicitur Pascha, usque nondum quisquam positus fuerat.

Feria V. Cæna Domini. Lectio Epistolæ beati Pauli apostoli ad Corinthios. Fratres, venientibus vobis in unum, usque ut non cum hoc mundo damnemini. Evangelium secundum Joannem cap. CXII, In illo tempore ante diem festum Paschæ, usque continuo clarificabit eum.

Feria VI. Ad Jerusalem. Lectio Osee prophetæ. Hæc dicit Dominus Deus in tribulatione sua, usque plusquam holocaustum. Ubi supra. Lectio libri

Exodi. In diebus illis dixit Dominus ad Moysen et Aaron in terra Ægypti, *usque* est enim phase, id est, transitus Domini. Passio secundum Joannem cap. clvi, In illo tempore egressus est Jesus trans torrentem Cedron, *usque* quia juxta erat monumentum ubi posuerunt Jesum.

Incipiunt lectiones de vigilia Paschæ.

i. Lectio libri Geneseos. In principio creavit Deus cælum et terram, *usque* et requievit die septimo ab universo opere suo quod pararat.

ii. *Ubi supra.* Lectio libri Geneseos. Noe vero cum quingentorum esset annorum, *usque* odoratus est Dominus odorem suavitatis

iii: *Ubi supra.* Lectio libri Geneseos. In diebus illis tentavit Deus Abraham, et dixit ad eum, *usque* abieruntque Bersabee simul et habitavit ibi.

iv. Lectio libri Exodi. In diebus illis factum est in vigilia matutina, *usque* carmen hoc Domino. CANT. Cantemus Domino

v. Lectio Isaïæ prophetæ. Hæc est servorum Domini, *usque* quod egredietur de ore meo, dicit Dominus omnipotens.

vi. Lectio Jeremiæ prophetæ. Audi, Israel, mandata vitæ, *usque* et cum hominibus conversatus est.

vii. Lectio Ezechiël prophetæ. Facta est super me manus Domini, *usque* et requiescere vos faciam, dicit Dominus omnipotens

viii. Lectio Isaïæ prophetæ. In diebus illis apprehenderunt septem mulieres, *usque* a turbine et a pluvia. CANT. Vinea facta est.

ix. Lectio libri Exodi. In diebus illis dixit quoque Dominus ad Moysen et Aaron in terra Ægypti, *usque* id est, transitus Domini.

x. Lectio Jonæ prophetæ. In diebus illis factum est verbum Domini ad Jonam prophetam secundo dicens, *usque* et misertus est populo suo Dominus Deus noster.

xi. Lectio libri Deuter. In diebus illis scripsit Moyses canticum, *usque* et ad finem usque complevit. CANT. Attende, cælum.

xii. Lectio Daniel prophetæ. In diebus illis Nabuchodonosor rex fecit statuam auream, *usque* laudantes et benedicentes Dominum. CANT. Sicut cervus.

Sabbato sancto. Lectio Epistolæ B. Pauli apostoli ad Colossenses. Fratres, si consurrexistis cum Christo, *usque* cum ipso in gloria. Evangelium secundum Matth. cap. ccclii, Vespere autem Sabbati, *usque* ibi eum videbitis, ecce dixi vobis.

Dominica sancta. Ad sanctam Mariam. Lectio Epist. B. Pauli apostoli ad Corinthios. Fratres, expurgate vetus fermentum, *usque* et veritatis. Evangelium secundum Marc. c. xxx, Maria Magdalene et Maria Jacobi et Salome, *usque* ibi eum videbitis sicut dixi vobis.

Feria ii. Lectio Actuum apostolorum. In diebus illis stans Petrus in medio plebis dixit, Viri fratres, vos scitis quod factum est, *usque* qui credunt in eum. Evangelium secundum Lucam (cap. cccxxxix),

A Exeuntes duo ex discipulis Jesus ibant ipsa die in castellum, *usque* cognoverunt eum in fractione panis.

Feria iii. Lectio Actuum apostolorum. In diebus illis surgens Paulus et manu silentium indicens ait, *usque* resuscitans Jesum Christum. Evangelium secundum Lucam cap. cccxl, Stetit Jesus in medio discipulorum suorum et dixit eis, Pax vobis, *usque* et remissionem peccatorum in omnes gentes.

Feria iv. (Lectio Actuum apostolorum.) In diebus illis aperiens Petrus os suum dixit, Viri Israelitæ et qui timetis Deum, audite, *usque* deleantur vestra peccata. Evangelium secundum Joannem cap. ccxix, Manifestavit se Jesus ad mare Tyberiadis, *usque* cum resurrexisset a mortuis.

B Feria v. Lectio Actuum apostolorum. In diebus illis angelus Domini locutus est ad Philippum dicens, Surge, vade contra meridianum, *usque* evangelizabat civitatibus cunctis nomen Domini nostri Jesu Christi. Evangelium secundum Joannem cap. cxxi, Maria autem stabat ad monumentum foris plorans, *usque* quia vidi Dominum et hæc dixit mihi.

Feria vi. Lectio Epistolæ beati Petri apostoli. Charissimi, Christus semel pro peccatis mortuus est, justus pro injustis, *usque* per resurrectionem Jesu Christi, qui est in dextera Dei. Evangelium secundum Matthæum cap. cccv, Undecim autem discipuli abierunt in Galilæam, *usque* ad consumptionem sæculi.

C Sabbato. Lectio Epistolæ beati Petri apostoli. Fratres, deponentes omnem malitiam et omnem dolum, *usque* nunc autem misericordiam consecuti. Evangelium secundum Joannem cap. cxii, Cum esset sero die illo una Sabbatorum et fores essent clausæ ubi erant discipuli congregati propter metum Judæorum, *usque* et quorum retinueritis retenta sunt.

viii Kal. Aprilis. In Conceptione sanctæ Mariæ. Lectio Isaïæ prophetæ. In diebus illis locutus est Dominus ad Achaz dicens, Pete tibi signum a Domino Deo tuo, *usque* ut sciat reprobare malum et eligere bonum. Evangelium secundum Lucam cap. (iii), Missus est angelus Gabriel a Deo, *usque* fiat mihi secundum verbum tuum.

Dominica octab. Paschæ. Lectio Epistolæ beati Joannis apostoli. Charissimi, omne quod natum est vincit mundum, *usque* qui credit in Filium Dei habet testimonium Dei in se. Evangelium secundum Joannem cap. (ccxvi), Thomas autem unus ex duodecim, *usque* unam habeatis in nomine ejus.

Fer. ii post octabas Paschæ. Lectio Actuum apostolorum. In diebus illis Philippus descendens in civitatem Samaritæ prædicabat illis Christum, *usque* accipiebant Spiritum sanctum. Evangelium secundum Matth. cap. cviii, Cœpit Jesus exprorare civitatibus in quibus factæ sunt plurimæ virtutes, *usque* dico vobis quia terræ Sodomorum remissius erit in die judicii quam tibi.

Feria iii post octabas Paschæ. Lectio Actuum apostolorum. In diebus illis cum completerentur dies

multi, consilium fecerunt Judæi ut interficerent **A** Paulum, usque statim receptum est vas in cœlum. Evangelium secundum Joannem cap. cxi, Dixit Jesus discipulis suis, Qui credit in me, non in me credit, sed in eum qui me misit, usque sicut dixit mihi Pater, sic loquor.

Feria iv post octabas Paschæ. Lectio epistolæ beati Pauli apostoli ad Hebræos. Fratres, obedite præpositis vestris, usque per Jesum Christum, cui gloria est in sæcula sæculorum. Evangelium secundum Joannem cap. (cLii), Respicens Jesus discipulis suis dixit, Pater sancte, serva eos, usque sed ut serves eos ex malo.

Feria v post octabas Paschæ. Lectio Actuum apostolorum. In diebus illis dum intra se hæsitaret **B** Petrus, quidnam est visio, usque qui timet eum et operatur justitiam acceptus est illi. Evangelium secundum Lucam cap. cxcvi, Dixit Jesus discipulis suis parabolam hanc, Homo quidam erat dives, et induebatur purpura et bysso, usque neque si quis ex mortuis resurrexerit crederet.

iii Idus Aprilis. In natali S. Leonis papæ. Lectio libri Sapientiæ. Ecce sacerdos magnus, usque in odorem suavitatis. Evangelium secundum Matth. cap. cclxxviii, Dixit Jesus discipulis suis parabolam hanc, Homo quidam peregre proficiscens, usque intra in gaudium domini tui.

xviii Kal. Maii. In natali sanctorum Tiburii et Valeriani et Maximi. Lectio libri Sapientiæ. Lingua sapientium ornat scientiam, usque qui **C** sequitur justitiam diligitur a Domino. Evangelium secundum Matthæum cap. xxiv, usque merces vestra copiosa est in cœlis.

Feria vi post octabas Paschæ. Lectio Actuum apostolorum. In diebus illis audierunt apostoli et fratres qui erant in Judæa, usque gentibus Deus penitentiam et vitam dedit. Evangelium secundum Matth. cap. cccliv, Exierunt mulieres cito de monumento, usque in hodiernum diem.

Sabbato post octabas Paschæ. Lectio Actuum apostolorum. In diebus illis illi qui dispersi fuerant a tribulatione, usque per manus Barnabæ et Pauli. Evangelium secundum Luc. cap. cxxxv, Cum loqueretur Jesus, rogavit illum quidam pharisæus ut pranderet apud se, usque vos autem **D** ædificatis eorum sepulcra.

Dominica prima post octabas Paschæ. Lectio epistolæ beati Petri apostoli. Charissimi, Christus passus est pro nobis, usque animarumstrarum. Evangelium secundum Joannem cap. lxxxix, Dixit Jesus discipulis suis, Ego sum pastor bonus, usque fiet unum ovile et unus pastor.

viii Kal. Maii. In natali S. Georgii martyris. Lectio libri Sapientiæ. Honor et gloria in sermone sensati, usque secundum illum erit actus illius. Evangelium secundum Matth. c. xcv, Dixit Jesus discipulis suis, Nihil opertum quod non reveletur, usque coram Patre meo qui in cœlis est.

Feria ii hebdomadæ post Pascha. Lectio Actuum

apostolorum. In diebus illis enarravit Petrus quomodo eduxisset eum Dominus de carcere, usque admirans super doctrina Domini. Evang. secundum Lucam cap. ccxlii, Quærebant principes sacerdotum et scribæ mittere in Jesum manus, usque mirati sunt in responsis ejus.

v Kal. Maii. In natali S. Richarii confessoris in Centulo. Lectio libri Sapientiæ. Fili, a juventute tua excipe doctrinam, usque et coronam gratulationis superpones tibi. Evang. (secundum) Joan. cap. lii, Altera die turba quæ stabat trans mare, usque credatis in eum quem misit ille.

Feria iii hebdomadæ primæ post octab. Paschæ. Lectio Actuum apostolorum. In diebus illis quidam vir illustris infirmis pedibus, usque morati sunt autem tempus non modicum cum discipulis suis. Evang. secundum Joan. cap. cxxxii, Dixit Jesus discipulis suis, Ego sum vitis vera, usque gaudium vestrum impleatur.

Feria iv hebdomadæ quæ supra. Lectio epistolæ **B**. Petri apostoli. Charissimi, scientes quod non corruptibilibus argento vel auro redempti estis, usque verbum autem Domini manet in æternum. Evang. secundum Luc. cap. ccxxxvi, Una autem Sabbati valde diluculo, usque et abiit secum mirans quod factum fuerat.

Fer. v hebdomadæ quæ supra. Lectio Actuum apostolorum. In diebus illis quidam descendentes de Judæa, usque in synagogis ubi per omne sabbatum legitur. Require Evangelium quod fuit in **C** Dominica.

Feria vi hebdomadæ quæ supra. Lectio Actuum apostolorum, In diebus illis placuit apostolis et senioribus, usque loqui verbum Dei in Asia. Evang. secundum Matth. cap. lxxiii, Accesserunt discipuli ad Jesum, Joannes, usque et ambo conservantur.

Sabbato hebdomadæ quæ supra.

iii Kal. Maii. Natale sanctæ Theodoræ virginis et sancti Vitalis. Lectio libri Sapientiæ. Honora Deum ex tota anima tua, usque non enim potuerunt diligere nisi quæ ipsis placent. Evangelium secundum Matthæum cap. cxi, Dixit Jesus discipulis suis, Simile est regnum cœlorum thesauro abscondito, usque nova et vetera.

Dominica ii post octabas Paschæ. Lectio epistolæ beati Petri apostoli. Charissimi, obsecro tanquam advenas et peregrinos, usque hæc est enim gratia in Christo Jesu Domino nostro. Evangelium secundum Joannem cap. cxlviii, Dixit Jesus discipulis suis, Modicum et non videbitis me, usque gaudium vestrum nemo tollet a vobis.

In pascha annotina. Evangelium secundum Joannem cap. xxiv, Erat homo ex pharisæis nomine, usque sed habeat vitam æternam.

Kal. Maii. Natale sanctorum Philippi et Jacobi. Ambianis Accii et Accioli. Lectio libri Sapientiæ. Stabant justi in magna constantia, usque in æter sanctos sors illorum est. Evangelium secundum Joannem cap. cxxvii, Dixit Jesus discipulis suis.

Non turbetur cor vestrum, creditis in Deum, *usque* A et ædificate alterutrum in Christo Jesu Domino nostro. Evangelium secundum Marcum c. ccxxxiii, Surgens autem Jesus, mane prima Sabbati, *usque* nuntiaverunt cæteris.

Lectio libri Sapientiæ. Viri justi sint tibi convivæ, *usque* honoratorum et pauperum. Evang. secundum Lucam cap. cxlviii, Dixit Jesus discipulis suis, Cum audieritis prælia, *usque* in patientia vestra animas vestras.

Feria ii hebdomadæ quæ supra. Lectio Actuum apostolorum. In diebus illis cum venissent apostoli in Mysiam, *usque* salvus eris tu et domus tua. Evangelium quod fuit in Dominica proxima.

v Non. Maii. Inventio sanctæ crucis. Lectio Epistolæ beati Pauli apostoli ad Galatas. Fratres, confido de vobis in Domino quod nihil aliud sapietis, *usque* mihi mundus crucifixus est, et ego mendo. Evangelium quod legitur in Pascha anno-
tina.

Feria iv hebdomadæ quæ supra. Lectio Actuum apostolorum. In diebus illis locuti sunt apostoli custodi carceris verbum Domini cum omnibus qui erant in domo ejus, *usque* mulieres nobiles non pauca. Evangelium quod in Dominica.

Feria v hebdomadæ quæ supra. Lectio Actuum apostolorum. In diebus illis zelantes Judæi apostolos, assumptesque de vulgo viros, *usque* aut dicere aut audire aliquid novi. Evangelium secundum Joannem cap. cxxv, Dixit Jesus discipulis suis, Filioli, adhuc modicum vobiscum sum, *usque* sequeris autem postea.

Feria vi hebdomadæ quæ supra. Lectio Actuum apostolorum. Stans autem Paulus in medio Arcopagi C ait, *usque* docens in eis verbum Dei. Evangelium quod in Dominica.

Sabbato hebdomadæ quæ supra. Lectio Actuum apostolorum. In diebus illis insurrexerunt uno animo Judæi in Paulum, *usque* spiritu nequam egrediebatur. Evangelium quod in Dominica.

Dominica (iii) post octabas Paschæ. Lectio Epistolæ beati Jacobi apostoli. Charissimi, omne datum optimum, *usque* quod potest salvare animas vestras. Evangelium secundum Joannem cap. cxlvii, Dixit Jesus discipulis suis, Vado ad eum qui me misit, *usque* annuntiabit vobis.

ii Non. Maii. Natale sancti Mathæi apostoli. Lectio libri Sapientiæ. Benedictio Dei in mercedem justis festinat, *usque* ditiori te socius fueris. D Evangelium secundum Joannem cap. cxxxv, Dixit Jesus discipulis suis, Hoc est præceptum meum ut diligatis invicem, *usque* in nomine meo det vobis.

Non. Maii. Natale sanctorum Alexandri, Eventii, et Theodoli. Lectio libri Sapientiæ. Beatus vir qui non est lapsus verbo, *usque* honorabitur in ipso. Evangelium secundum Matthæum cap. lxxxvi, Dixit Jesus discipulis suis, Ecce ego mitto vos, *usque* hic salvus erit.

Feria iv hebdomadæ quæ supra. Lectio Epis. ole beati Pauli apostoli ad Thessalonicenses. Fratres, omnes enim vos filii lucis et filii diei estis, *usque*

et ædificate alterutrum in Christo Jesu Domino nostro. Evangelium secundum Marcum c. ccxxxiii, Surgens autem Jesus, mane prima Sabbati, *usque* nuntiaverunt cæteris.

Feria v hebdomadæ quæ supra. Lectio Actuum apostolorum. In diebus illis facta est turbatio non minima de via, *usque* cum hæc dixisset, dimisit Ecclesiam. Evangelium quod in Dominica.

Romæ natale sancti Gordiani. Lectio libri Sapientiæ. Omne sacramentum erroris odit Deus, *usque* in veritate nuntio scientiam ejus in judicio. Evangelium secundum Matthæum cap. xcv, Dixit Jesus discipulis suis, Nolite arbitrari quia veni pacem mittere, *usque* non perdet mercedem suam.

Sabbato hebdomadæ quæ supra. Lectio Actuum B apostolorum. In diebus illis, postquam autem cessavit tumultus, *usque* deducebant eum ad navem. Evangelium secundum Joannem cap. xlvi, Abiit Jesus trans mare Galilææ, *usque* ibi sedebat cum discipulis suis.

Dominica iv post octabas Paschæ. Lectio Epistolæ beati Jacobi apostoli. Charissimi, estote factiores verbi, *usque* se custodire ab hoc sæculo. Evangelium secundum Joannem cap. cl, Dixit Jesus discipulis suis, Amen, amen dico vobis, si quid petieritis Patrem, *usque* in hoc credimus quia a Deo existit.

Letania majore. Lectio Epistolæ beati Jacobi apostoli. Confitemini alterutrum peccata vestra, *usque* et operit multitudinem peccatorum. Evangelium secundum Lucam cap. cxxiv, Dixit Jesus discipulis suis, Quis vestrum habet amicum, *usque* petentibus se.

In vigilla Ascensa Domini. Lectio Actuum apostolorum. In diebus illis, multitudinis autem credentium, *usque* prout cuique opus erat. Evangelium secundum Joannem cap. cliv, Sublevatis Jesus oculis in cælum, *usque* et ego ad te vado.

In Ascensionis Domini. Lectio actuum apostolorum. Primum quidem sermonem feci, *usque* euntem in cælum. Evangelium secundum Marcum cap. ccxxxiii, Recumbentibus undecim discipulis suis, *usque* sequentibus signis.

Dominica post Ascensa Domini. Lectio epistolæ beati Petri apostoli. Charissimi, estote prudentes, *usque* honorificetur Deus per Jesum Christum Dominum. Evangelium secundum Joannem cap. cxlv, Dixit Jesus discipulis suis, Cum autem venerit Paraclitus, *usque* reminiscamini quia ego dixi vobis.

iv Idus Maii. Romæ natale sanctorum Nerei et Achilei, Paucratii martyris, et Soteris virginis, cum aliis octm. Lectio libri Sapientiæ. Anima hominis vitalis, *usque* misericordia autem Dei circa omnem carnem. Evangelium secundum Matthæum cap. clxxxix, Accesserunt ad Jesum Pharissæi, *usque* sed quibus datum est.

iii Idus Maii. Trijecto depositio sancti Servatii episcopi et confessoris. Lectio libri Sapientiæ. Qui

misericordiam habet, docet et erudit, usque et in illa timere Deum. Evangelium secundum Joannem cap. cxxxviii, Dixit Jesus discipulis suis, Hæc mando vobis, usque qui oderunt me gratis.

ii Idus Maii. Natale sancti Cyriaci martyris et ccciv, qui cum eo passi sunt Mediolani. Lectio libri Sapientiae. In omni sapientia dispositio legis, usque prudens placabitur magnatis. Evangelium secundum Joannem cap. cxxxviii, Dixit Jesus discipulis suis, Hæc mando vobis, usque oderunt me gratis.

Feria v hebdomadae quæ supra. Lectio Actuum apostolorum. In diebus illis cum moraremur in diebus aliquot, usque allocutus est Hebræa lingua. Evangelium secundum Joannem cap. xxv, Abiit Jesus cum discipulis suis, usque gaudium meum impletum est.

Feria vi hebdomadae quæ supra. Lectio Actuum apostolorum. In diebus illis locutus est Paulus apostolus dicens, Viri fratres et patres, audite, usque Paulum statuit inter illos. Evangelium secundum Joannem cap. cxxxiv, Dixit Jesus discipulis suis, Si manseritis in me, usque gaudium vestrum impletum est.

Sabbato hebdomadae quæ supra. Lectio Actuum apostolorum. In diebus illis, intendens autem concilium Paulus, usque ut dicant apud te. Evangelium secundum Joannem cap. xlvi, Abiit Jesus trans mare Galilææ, usque et ibi sedebat cum discipulis suis.

In vigilia Pentecosten. Lectio libri Geneseos. In diebus illis tentavit Deus Abraham. Secunda lectio libri Deuteronomii. In diebus illis scripsit Moyses. Tertia lectio libri Isaie prophetæ. In diebus illis apprehenduntur septem mulieres. Quarta lectio Hieremie prophetæ. Audi, Israel, mandata vitæ.

Ad Misam in eodem sabbato. Lectio Actuum apostolorum. In diebus illis cum Apollo esset Corinthi, usque suadens de regno Dei. Evangelium secundum Joannem cap. cxxvii, Dixit Jesus discipulis suis, Si diligitis me, usque et manifestabo ei me ipsum.

Dominica Pentecosten. Lectio Actuum apostolorum. In diebus illis cum completerentur dies Pentecosten, usque magnalia Dei. Evangelium secundum Joannem cap. cxxx, Dixit Jesus discipulis suis, Si quis diligit me, usque sicut mandatam dedit mihi Pater, sic facio.

Feria ii. Ad vincula, hebdomadae quæ supra. Lectio Actuum apostolorum. In diebus illis aperiens Petrus os suum dixit, usque in nomine Domini nostri Jesu Christi. Evangelium secundum Joannem cap. xlii, Dixit Jesus discipulis suis, Sic enim dilexit Deus mundum, usque opera quæ in Deo sunt facta.

Feria iii. Ad sanctam Anastasiam. Lectio Actuum apostolorum. In diebus illis cum audissent apostoli qui erant Hierosolymis, usque accipiebant Spiritum sanctum. Evangelium secundum Joannem cap. cxxxix, Dixit Jesus discipulis suis, Amen, amen

A dico vobis, qui non intrat per ostium, usque abundantius habeant.

Feria iv. Ad sanctam Mariam. Lectio Actuum apostolorum. In diebus illis stans Petrus cum undecim, usque quicumque invocaverit nomen Domini salvus erit. Evangelium secundum Joannem cap. lv, Dixit Jesus discipulis suis : Nemo potest venire ad me, usque pro mundi vita.

Feria v. Ad apostolos. Lectio Actuum apostolorum. In diebus illis Philippus descendens in civitatem Samariæ, usque gaudium in illa civitate. Evangelium secundum Lucam cap. lxxxvi, Convocatis Jesus duodecim discipulis suis, usque curantes ubique.

Feria vi. Lectio Actuum apostolorum. In diebus B illis aperiens Petrus os suum dixit : Viri Israelitæ, audite verba hæc, usque replebis me jucunditate cum facie tua. Evangelium secundum Lucam cap. xxxvi, Factum est in una dierum, usque quia vidimus mirabilia hodie.

Sabbato. Ad sanctum Stephanum. Lectio Actuum apostolorum. In diebus illis convenit universa civitate, usque replebantur gaudio et Spiritu sancto. Evangelium secundum Lucam cap. xxvi, Surgens Jesus de synagoga, usque oportet me evangelizare regnum Dei.

Dominica octab. Pentecosten. Lectio libri Apocalypsis Joannis apostoli. In diebus illis vidi ostium apertum in cælum, usque adorabunt viventem in sæcula sæculorum. Amen. Evangel. secundum Joann. c. xxiv, Erat homo ex Phariseis Nicodemus, usque sed habeat vitam æternam.

xiv Kal. Jun. Natale sanctæ Pudentianæ. Lectio libri Sapientiae. Confitebor tibi, Domine rex, usque libera eos de manu odientium, Domine Deus noster. Evangel. secundum Matth. cap. cxi, Dixit Jesus discipulis suis parabolam hanc, Simile est regnum cælorum thesauro abscondito, usque nova et vetera.

xiii Kal. Jun. Romæ natale sanctorum Gervasii et Protasii. Lectio libri Sapientiae. Spectatio justorum lætitia, usque exaltabitur civitas. Evangel. secundum Matth. cap. clxxxix, Accesserunt ad Jesum Pharisæi, usque non omnes capiunt verbum istud, sed D quibus datum est.

Feria iv hebdomadae primæ post Pentecosten. Lectio Epistolæ beati Pauli apostoli ad Corinthios. Fratres, si autem prædicatur Christus quod resurrexit a mortuis, usque in suo ordine per Jesum Christum Dominum nostrum. Evangel. secundum Luc. cap. cclxiii, Accesserunt ad Jesum quidam Sadducæorum, usque non audebant eum quidquam interrogare.

xi Kal. Junii. In Corsica passio sanctæ Julianæ virginis. Lectio libri Sapientiae. Domine, Deus meus, exaltasti super terram habitationem meam usque et benedicam nomen tuum, Domine Deus noster. Evangel. secundum Matth. cap. cclxviii, Dixit Jesus discipulis suis : Simile est regnum cælorum decem

virginibus, *usque* vigilate itaque, quia nescitis diem **A** neque horam.

Feria vi hebdomadæ quæ supra. Lectio Actuum apostolorum. In diebus illis milites secundum præceptum sibi, *usque* ad Cæsarem ibis. Evang. secundum Luc. cap. cxlviii, Dixit Jesus discipulis suis, Cum autem inducent vos in synagogas, *usque* sic est, qui sibi thesaurizat, non est in Deo dives.

Sabbato hebdomadæ quæ supra. Lectio Actuum apostolorum. In diebus illis, cum dies aliquot transacti essent, *usque* lumen annuntiaturus est populo et gentibus. Evang. secundum Luc. c. xciii, Accedentes discipuli ad Joannem (*Jesum*), *usque* et saturati sunt.

Hebdomada ii post Pentecosten. Lectio Epistolæ beati Joannis apostoli. Charissimi, Deus charitas est, *usque* diligit et fratrem suum. Evang. secundum Lucam cap. cxciii, Homo quidam erat dives, et induebatur.

viii Kal. Jun. Natale sancti Urbani episcopi et confessoris. Lectio libri Sapientiæ. Dedit Dominus confessionem sancto suo, *usque* inter benedictos benedicetur. Evang. secundum Matth. cap. cclxiii, Dixit Jesus discipulis suis, Vigilate ergo, *usque* super omnia bona sua constituet eum.

Feria iii hebdomadæ quæ supra. Lectio Actuum apostolorum. In diebus illis loquente Paulo apostolo, et oratione reddente, *usque* et passi sunt eam excidere. Evang. secundum Joan. cap. clm, Respicens Jesus discipulos suos dixit, *usque* sed ut serves eos a malo.

Feria iv hebdomadæ quæ supra. Lectio Epistolæ beati Pauli apostoli ad Colossenses, Fratres, mortificate membra vestra quæ sunt super terram, *usque* et in omnibus Christus. Evang. secundum Matth. c. xxiii, Dixit Jesus discipulis suis, Nolite putare quoniam veni solvere legem, *usque* hic magnus vocabitur in regno cælorum.

v Kal. Jun. Parisiis, depositio sancti Germani episcopi et confessoris, et translatio corporis sancti Gentiiani martyris Ambianensium. Lectio libri Sapientiæ. Qui custodit justitiam, continebit sensum ejus, *usque* in præceptis Dei permanet semper. Evang. secundum Joan. c. cxxxix, Dixit Jesus discipulis suis, Hoc est præceptum meum, *usque* quodcumque petieritis Patrem in nomine meo, det vobis.

iv Kal. Jun. Treveris depositio sancti Maximi episcopi. Lectio libri Sapientiæ. Domine, pater et dominator vitæ meæ, *usque* intuentes in absconditis partes. Evang. secundum Matth. c. cclxiii, Dixit Jesus discipulis suis, Vigilate ergo, *usque* super omnia bona sua constituet eum.

iii Kal. Jun. Natale sanctæ Petronillæ. Lectio libri Sapientiæ. Domino autem Deo antequam crearentur omnia sunt agnita, *usque* et in electis meis mitte radices. Evangelium secundum Matthæum cap. cxi, Dixit Jesus discipulis suis, Simile est regnum cælorum thesauro abscondito, *usque* nova et vetera.

Hebdomada iii post Pentecosten. Lectio Epistolæ beati Joannis apostoli. Charissimi, nolite mirari si odit vos mundus, *usque* sed opere et veritate. Evang. secundum Matth. c. xxxv, Dixit Jesus discipulis suis, Nisi abundaverit justitia vestra, *usque* et tunc veniens offeres munus tuum.

Feria ii hebdomadæ quæ supra. Lectio Actuum apostolorum. In diebus illis cum lux inciperet fieri, *usque* imposuerunt quæ necessaria erant. Evang. secundum Lucam c. xcvi, Dixit Jesus discipulis suis, Homo quidam erat dives, et induebatur purpura, *usque* neque si quis ex mortuis resurrexerit, credent.

Feria iii hebdomadæ quæ supra. Lectio Actuum apostolorum. In diebus illis, post menses autem **B** transnavigamus in navi Alexandrina, *usque* hic est Jesus Christus Filius Dei, per quem incipiet totus mundus judicari. Evang. secundum Lucam cap. cxcvii, Dixit Jesus discipulis suis, Impossibile est ut non veniant scandala, *usque* quod debuimus facere fecimus.

iv Non. Jun. Romæ natale sancti Marcellini et Petri exorcistæ cum aliis xlii. Lectio libri Sapientiæ. Justorum animæ in manu Dei sunt, *usque* regnabit Dominus illorum in perpetuum. Evang. secundum Lucam c. ccxlviii, Dixit Jesus discipulis suis: Cum audieritis prælia, *usque* in patientia vestra possidebitis animas vestras.

iii Non. Jun. Aurelianus depositio sancti Liphardi presbyteri. Lectio Epistolæ beati Pauli apostoli ad **C** Hebræos, Fratres, plures facti sunt sacerdotes, *usque* semel se offerendo Dominus noster Jesus Christus. Evangel. secundum Matth. cap. cclxix, Dixit Jesus discipulis suis parabolam hæc, Homo quidam peregre proficiscens, *usque* intra in gaudium domini tui.

Feria vi hebdomadæ quæ supra. Lectio libri Apocalypsis Joannis apostoli. In diebus illis locutus est Joannes apostolus dicens, Beatus qui legit, et qui audit verba hujus prophetiæ, *usque* facta Nicolaitarum, quæ et ego odi. Qui habet aurem, *usque* in paradiso Domini Dei mei. Evangel. secundum Lucam cap. clxxxi, Dixit Jesu similitudinem hæc: Homo quidam fecit cœnam magnam, *usque* gustabant cœnam meam.

D Sabbato hebdomadæ quæ supra. Lectio libri Apocalypsis Joannis apostoli. In diebus illis, ait Dominus, angelo Smyrnæ Ecclesiæ scribe, *usque* coram Patre meo et coram angelis ejus, *usque* qui habet aurem audiat quid Spiritus dicat Ecclesiis. Evang. secundum Matth. c. ccv, Egrediente Jesu ab Hierico, *usque* secuti sunt eum.

Hebdomada iv post Pentecosten. Lectio Epistolæ beati Pauli apostoli. Charissimi, humiliamini sub potenti manu Dei, *usque* ipsi gloria et imperium in sæcula sæculorum. Evang. secundum Lucam cap. clxxxvi, Erant appropinquantes ad Jesum publicani, *usque* pœnitentiam agente.

Feria ii hebdomadæ quæ supra. Lectio libri Apo-

calypsis Joannis apostoli. In diebus illis, ait Dominus, angelo Philadelphie Ecclesie scribe, usque sedi cum patre meo in throno ejus, et reliqua. Evangelium quod fuit in Dominica ejusdem hebdomadae.

Feria III hebdomadae quae supra. Lectio libri Apocalypsis Joannis apostoli. In diebus illis quatuor animalia mittentes coronas suas ante thronum dicentes, Dignus es, Domine, usque quis poterit stare. Evangelium quod in Dominica ejusdem hebdomadae.

Incipiunt lect. mensis IV.

Feria IV. Ad sanctam Mariam. Lectio libri Sapientiae. Diligite justitiam qui judicatis, usque hoc quod continet omnia scientiam habet vocis. Item alia. Lectio Isaiae prophetae. Haec dicit Dominus, Audi, Jacob, serve meus, super generationem tuam, usque dicit Dominus omnipotens, Evang. secundum Luc. c. XIII, Accedentes discipuli ad Jesum, usque saturati sunt.

Feria V hebdomadae quae supra. Lectio libri Apocalypsis Joannis apostoli. In diebus illis vidi quatuor angelos stantes super angulos terrae, usque exterget Deus omnem lacrymam ex oculis eorum. Evangelium quod in Dominica ejusdem hebdomadae.

Feria VI. Lectio Jobel prophetae. Haec dicit Dominus Deus, Exsultate, filii Sion, usque populus meus in aeternum, ait Dominus omnipotens. Evang. secundum Lucam cap. CLXXXVI.....

Sabbato in XII lectionibus. Ad sanctum Petrum. Lectio Jobel prophetae. Haec dicit Dominus Deus, Edunde de spiritu meo super omnem carnem, usque omnis qui invocaverit nomen Domini salvus erit.

Item ubi supra. Lectio libri Levitici. In diebus illis locutus est Dominus ad Moysen dicens, Loquere ad filios Israel, et dices ad eos, Cum ingressi fueritis terram, usque in cunctis habitaculis et generationibus vestris, ait Dominus omnipotens.

Item ubi supra. Lectio libri Deuteronomii. In diebus illis dixit Moyses, Audi, Israel, quae ego praecipio tibi hodie, usque Dominus Deus tuus dederit tibi.

Item ubi supra. Lectio libri Levitici. In diebus illis dixit Dominus ad Moysen, Si in praecipis meis ambulaveritis, usque eritis populus meus, dicit Dominus omnipotens.

Item ubi supra. Hic legitur Daniel propheta. Lectio Epistolae beati Pauli apostoli ad Romanos. Fratres, justificati ex fide, pacem habeamus ad Deum, usque per Spiritum sanctum qui datus est nobis. Evang. secundum Matth. c. CCV, Egremente Jesu ab J. richo, usque secuti sunt eum.

Hebdomada V post Pentecosten. Lectio Epistolae beati Pauli apostoli ad Romanos. Fratres, existimo enim quod non sunt condignae passiones, usque expectantes redemptionem corporis nostri in Christo Jesu Domino nostro. Evang. secundum Lucam c. LVI, Dixit Jesus discipulis suis, Estote ergo misericordes, usque festucam de oculo fratris tui.

V Idus Jun. Natale sanctorum Primi et Feliciani.

A Lectio libri Sapientiae. Transite ad me, omnes qui concupistis me, usque fidei autem initium agglutinatatum est ei. Evangel. secundum Joan. c. CXXXIV, Hoc est praecipium meum, usque in nomine meo det vobis.

IX Kal. Jul. Vigilia sancti Joannis Baptistae. Lectio Hieremiae prophetae. In diebus illis factum est verbum Domini ad me dicens, usque aedifices, et plantes, ait Dominus omnipotens. Evangel. secundum Luc. c. I, Fuit in diebus Herodis regis Judaeae, usque plebem perfectam.

Item in die VIII Kal. Jul. Lectio Isaiae prophetae. Haec dicit Dominus, Audite, insulae, usque et sanctum Israel qui elegit te. Evangel. secundum Lucam cap. (III), In illo tempore, Elisabeth autem impletum est tempus pariendi, usque redemptionem plebis tuae.

Feria III hebdomadae quae supra. Lectio libri Apocalypsis Joannis apostoli. In diebus illis, cum aperuisset sigillum septimum, usque neque a furtis suis. Evangel. secundum Matth. cap. (XXXVI), Dixit Jesus discipulis suis, esto consentiens adversario tuo, usque quia totum corpus tuum eat in gehennam.

VII Kal. Jul. Vigilia Joannis et Pauli. Item in die. Require epistolam et Evangelium quod est in aliis sanctorum.

Feria IV hebdomadae quae supra. Lectio libri Apocalypsis Joannis apostoli. In diebus illis vidi alium angelum fortem descendentem de caelo, usque dederunt gloriam Deo caeli. Evangel. secundum Lucam cap. CLXXXVI, Erant appropinquantes ad Jesum publicani et peccatores, usque poenitentiam agente.

II Idus Jul. In natali sancti Basilidis, Naboris, et Nazari. Lectio libri Sapientiae. Timor Domini initium dilectionis, usque species in ornamentum domus illius. Evang. secundum Joan. cap. XXIV, Erat homo ex Pharisaeis, usque habeat vitam aeternam.

Feria VI hebdomadae quae supra. Lectio Epistolae beati Apostoli ad Colossenses. Fratres, omne quodcumque facitis in verbo aut in opere, usque retributionem hereditatis per Jesum Christum Dominum nostrum. Evangel. secundum Marc. c. CXX, Cum intrasset Jesus Hierosolimam in templum, usque quodcumque dixerit fiat, fiet ei.

Sabbato hebdomadae supra, XVIII Kal. Jul. In natali sanctae Feliculae. Lectio libri Sapientiae. Lucerna splendens super candelabrum sanctum, usque qui laqueum alio tendit, peribit in illo. Evang. secundum Matth. c. CXI, Dixit Jesus discipulis suis parabolam hanc, Simile est regnum caelorum thesauro abscondito, usque nova et vetera.

Hebdomada VI post Pentecosten. Lectio epistolae beati Petri apostoli. Charissimi, omnes unanimes in oratione estote, usque Dominum autem Christum sanctificate in cordibus vestris. Evang. secundum Luc. cap. XXIX, Cum turbae intirent ad Jesum, usque relictis omnibus, secuti sunt illum,

xiv Kal. Jul. Natale sanctorum Marci et Marcel-
iani et sanctæ Marinæ virginis. Lectio libri Sapient-
iæ. Lingua sapientium ornat scientiam, *usque* qui
sequitur justitiam diligitur a Domino. Evangel. se-
cundum Joan. c. cxxxiv, Dixit Jesus discipulis suis,
Hoc est præceptum meum, *usque* in nomine meo
det vobis.

xiii Kal. Jul. Natale sanctorum Gervasi et Pro-
tasi, Nazari et Celsi, pueri. Lectio libri Sapient-
iæ. Qui timent Dominum, non erunt incredibiles, *usque*
ad respectationem illius Dominus Deus noster. Evan-
gelium secundum Lucam c. (cliv), Dixit Jesus di-
scipulis suis, sint lumbi vestri præcincti, *usque* su-
per omnia quæ possidet, constituat illum.

iv Kal. Jul. Vigilia apostolorum Petri et Pauli.
Lectio Actuum apostolorum. In diebus illis Petrus
et Joannes ascendebant in templum, *usque* in eo
quod contigerat illi. Evangel. secundum Joan. cap.
ccxxvii, In illo tempore dixit Jesus Petro : Simon
Joannis diligis me, *usque* clarificaturus esse Deum.

Item in die iii Kal. Jul. Lectio Actuum apostolo-
rum. In diebus illis misit Herodes rex manus, *usque*
plebis Judæorum. Evangel. secundum Matth. cap.
(clxvi), Venit Jesus in partes Casaræ Philippi,
usque erit solutum in coelis.

Ipsa die vigilia sancti Pauli. Lectio Epistolæ
beati Pauli apostoli ad Galatas. Fratres, notum vo-
bis facio Evangelium. Evangel. quod in vigilia san-
cti Petri.

Item in die. Lectio Actuum apostolorum, in die-
bus illis Saulus adhuc spirans minarum, *usque* affir-
mans quoniam hic est Christus. Evang. secundum
Matth. c. cxcv, Dixit Simon Petrus ad Jesum, Ecce
nos reliquimus omnia, et secuti sumus te, *usque* vi-
tam æternam possidebit.

Feria iv hebdomadæ quæ supra. Lectio Epistolæ
beati Pauli apostoli ad Colossenses. Fratres, induite
vos sicut electi Dei, *usque* gratias agentes Deo et
Patri per Jesum Christum Dominum nostrum. Evan-
gel. secundum Lucam cap. xciii, Accedentes disci-
puli ad Jesum dixerunt illi, *usque* saturati sunt.

In xii lec. requir.

Feria v hebdomadæ quæ supra. Lectio libri Apo-
calypsis Joannis apostoli, In diebus illis septimus
angelus tuba cecinit, *usque* hic est patientia et finis
sanctorum. Evangelium secundum Lucam cap.
clxxxvi, Erant appropinquantes ad Jesum publicani,
usque poenitentiam agente.

Feria vi hebdomadæ quæ supra. Lectio libri
Apocalypsis Joannis apostoli. In diebus illis vidi
bestiam ascendentem de terra, *usque* opera enim
illorum sequentur illos. Evangelium secundum
Lucam cap. clxxxv, Venit ad Jesum vir cui nomen
Jahirus, *usque* illes tua te salvum fecit, vade in
pace.

Require xii lect. in Sabbato mensis Junii.]

Sabbato hebdomadæ quæ supra. Lectio libri Apo-
calypsis Joannis apostoli. In diebus illis vidi nubem

candidam, et super nubem, *usque* vera et justa judi-
cia tua. Evangelium secundum Matthæum cap. cxciii,
Accedens quidam ad Jesum ait illi, *usque* veni, se-
quere me.

Dominica post natale apostolorum. Evangelium
secundum Matthæum cap. lvi, Attendite a falsis
prophetis, *usque* intrabit in regnum cælorum.

Idibus Julii. Natale sancti Cyriaci. Lectio libri
Sapientiæ. Vigilia honestatis tabefaciet carnes, *us-
que* enarrabit Ecclesia sanctorum. Evangelium se-
cundum Lucam cap. cclxx, Facta est inter discipu-
los contentio, *usque* tribus Israel.

xv Kal. Agusti. Metis, depositio sancti Arnulfi
confessoris. Lectio libri Sapientiæ. Audi me, filii, et
ne spernas me, *usque* ne premas illum et repetendo.
Evangelium secundum Marcum c. cxxxvii, Egrediente Jesu de templo, *usque* in flumem hic salvus
erit.

Feria iv hebdomadæ quæ supra. Lectio Apoca-
lypsis Joannis apostoli. In diebus illis quartus an-
gelus effudit phialam suam in solem, *usque* abstulit
me in desertum in spiritu. Evangelium secundum
Lucam cap. lxxxiii, Cum egressus esset Jesus de
navi, *usque* quantam illi fecisset Deus.

xii Kal. Agusti. Natale sanctæ Praxedis. Lectio li-
bri Sapientiæ. Rectorem te posuerunt, noli extolli,
usque in sectionibus arguetur. Evangelium secun-
dum Matthæum cap. cxi, Dixit Jesus discipulis suis
parabolam hanc, Simile est regnum cælorum
thesauro abscondito in agro, *usque* nova et ve-
tera.

Feria vi hebdomadæ quæ supra. Lectio Apoca-
lypsis Joannis apostoli. In diebus illis vidi mulierem
sedentem super bestiam coctineam, *usque* quæ ha-
bet regnum super reges terræ. Evangelium secun-
dum Lucam cap. cxcvi, Dixit Jesus discipulis suis
parabolam hanc, Homo quidam erat dives, *usque* ne-
que si quis ex mortuis resurrexerit, credent.

x Kal. Agusti. Natale sancti Apollinaris. Lectio
libri Sapientiæ. Fili, sine consilio nihil facies, *usque*
et ex terra unde creatus est Adam. Evangelium se-
cundum (Lucam) cap. cclxx, Facta est contentio
inter discipulos, *usque* tribus Israel.

Dominica iv post natale apostolorum. Lectio
Epistolæ beati Pauli apostoli ad Romanos. Fratres,
nihil nunc damnationis est his qui sunt in Christo
Jesu, *usque* vita et pax in Christo Jesu Domino no-
stro. Evangelium secundum Lucam cap. cxc, Dixit
Jesus discipulis suis parabolam hanc, Homo quidam
erat dives, qui habebat villicum, *usque* æterna ta-
bernacula.

viii Kal. Agusti. Natale sanctorum Jacobi apostoli,
Christophori martyris. Et Ambianis translatio
sancti Firmini. Lectio libri Sapientiæ. Illusio et im-
properium superbiorum, *usque* qui interierunt per
linguam suam. Evangelium secundum Lucam cap.
cliv, Dixit Jesus discipulis suis, Sint lumbi vestri
præcincti, *usque* filius hominis venit.

iv Kal. Agusti. Natale sanctorum Felicitis, Simpi-

cii, Faustini, et Beatricis. Tricas, depositio sancti Lupi episcopi et confessoris. Lectio libri Sapientie. Beatus qui tectus est a lingua nequam, usque et proderit tibi magis quam aurum. Evangelium secundum Lucam cap. cxxix, Cum audieritis prelia, usque possidebitis animas vestras.

Feria iv hebdomadæ quæ supra. Lectio libri Apocalypsis Joannis apostoli. In diebus illis vidi alium angelum descendentem de cælo, habentem potestatem magnam, usque judicavit Deus judicium vestrum. Evangelium quod in Dominica ipsius hebdomadæ

iii Kal. Agust. Natale sanctorum Abdon et Sennes. Lectio libri Sapientie. Qui diligit suum, assiduat illi flagella, usque vita hominis thesaurus non deficiet sanctitatis. Evangelium secundum Joannem cap. cxxxiv, Hoc est præceptum meum, usque oderunt me gratis.

Feria vi hebdomadæ quæ supra. Lectio libri Apocalypsis Joannis apostoli. In diebus illis sustulit unus angelus fortis lapidem, usque testimonium enim Jesu est spiritus prophetie. Evangelium secundum Lucam cap. clxvi, Respondens autem archisynagogus indignans, usque quæ gloriose fiebant ab eo.

Sabbato hebdomadæ quæ supra. Lectio libri Apocalypsis Joannis apostoli. In diebus illis vidi cælum apertum, et ecce equus albus, usque saturatæ sunt carnes eorum. Evangelium secundum Matth. c. cxlvii, Vespere autem facto accesserunt ad Jesum discipuli ejus, usque quasi quinque millia hominum.

Dominica v post natale apostolorum. Lectio Epistolæ beati Pauli apostoli ad Romanos. Fratres, debitores sumus non carni, usque cohæredes autem Christi. Evangelium secundum Lucam cap. cxxi, Quidam legis peritus surrexit, usque et tu fac similiter.

K l ndis Agust. Passio Machabæorum septem fratrum et sanctæ Felicitatis sub Antic. Lectio libri Sapientie. In multitudie disciplinæ Domini, usque distribue hæreditatem tuam. Item lectio libri Sapientie. Mulierem fortem quis inveniet procul, usque et laudent eam in portis opera ejus. Evangelium secundum Matth. cap. cxlviii, Jussit Jesus discipulos suos ascendere in naviculam, usque vere filius Dei es.

iv Non. Agust. Romæ natale sancti Stephani pontificis. Lectio libri Sapientie. Spiritus timentium Dominum quæritur, usque depositio pro peccatis recedere ab injustitia. Evangel. secundum Lucam cap. cxxviii, Dixit Jesus discipulis suis parabolam hanc, Homo quidam nobilis abiit in regionem longinquam, usque omni habenti dabitur, et abundabit.

Feria v hebdomadæ quæ supra. Lectio libri Apocalypsis Joannis apostoli. In diebus illis vidi angelum descendentem de cælo habentem clavem, usque die ac nocte in sæcula sæculorum. Evangel. secun-

dum Lucam cap. xcix, Descendente Jesu de monte cum discipulis suis, usque reddidit illum matri suæ.

Feria vi hebdomadæ quæ supra. Lectio libri Apocalypsis Joannis apostoli. In diebus illis venit unus ex septem angelis habentibus phialas, usque et regnabunt in sæcula sæculorum. Evangelium quod in Dominica ipsius hebdomadæ.

viii Idus Agust. Romæ natale sancti Christi, Felicissimi et Acapiti. Lectio libri Sapientie. Retribuit gratiam qui offert similaginem, usque oblectabit justos misericordia sua. Evangelium secundum (Matthæum) cap. lxxxvi, Dixit Jesus discipulis suis, Ecce ego mitto vos, usque in finem hic salvus erit.

Dominica.... (Lectio Epistolæ beati Pauli apostoli ad Corinthios.) Fratres, non omnis caro eadem caro, usque deinde quod spiritale. Evangel. secundum Lucam cap. cxxiv, Dixit Jesus ad quosdam qui in se confidebant, usque qui se humiliat exaltabitur.

vi Idus Agust. Romæ natale sancti Cyriaci. Lectio libri Sapientie. Speciosa misericordia Dei in tempore tribulationis, usque et hæreditabis eos sicut ab initio. Evangel. secundum Matthæum cap. cxcii, Dixit Jesus discipulis suis. Nihil opertum quod non reveletur, usque coram Patre meo qui in cælis est.

v Idus Agust. Vigilia sancti Laurentii. Lectio libri Sapientie. Confitebor tibi, Domine, Rex, usque de manibus angustie. Evangel. secundum Matthæum cap. clx, Dixit Jesus discipulis suis, Si quis vult post me venire, usque in regno suo.

Item in die iv Idus Agust. Lectio Epistolæ beati Pauli apostoli ad Corinthios. Fratres, qui parce seminat, usque frugum justitie vestre. Evangelium secundum Joan. cap. civ, Dixit Jesus discipulis suis, Nisi granum frumenti, usque Pater meus qui in cælis est.

iii Idus Agust. Romæ natale sanctorum Tiburtii, Valeriani Cætilie, Susannæ, Cassiani. Et Camaraco depositio sancti Gaugerici. Lectio libri Apocalypsis Joannis apostoli. In diebus illis vidi ostium apertum in cælo, usque fortitudo Deo nostro in sæcula sæculorum. Amen.

Item lectio libri Sapientie. Stabant justi in magna constantia, usque inter sanctos sors illorum est.

Item lectio libri Sapientie. Reddet Deus mercedem, usque laudaverunt pariter, Domine Deus voster.

Evang. secundum Joan. cap. cxxxiv, Dixit Jesus discipulis suis, Hoc est præceptum meum, usque in nomine meo det vobis.

Item Evangelium secundum Matthæum cap. cxl, Dixit Jesus discipulis suis parabolam hanc; Simile est regnum cælorum thesauro abscondito, usque nova et vetera.

ii Idus Agust. Natale sancti Eupoli. In diebus illis. Lectio libri Sapientie. Miserere plebis tuæ super quem invocatum est, usque adiutorium qui secundum illum est, et columna ut requies. Evang. secundum Joan. cap. cxlix, Dixit Jesus discipulis

Amen, amen dico vobis quia plorabitis, usque et gaudium vestrum nemo tollet a vobis.

Dominica II post sancti Laurentii. Lectio Epistolæ beati Pauli apostoli ad Corinthios. Fratres, scimus enim quoniam si terrestris, usque manifestos nos esse per Jesum Christum Dominum nostrum. Evang. secundum Marcum cap. LXXIV, Exiens Jesus de fluidus Tyri, usque et mutos loquit.

Idibus Agusti. Natale sancti Ypoliti. Lectio libri Sapientiæ. Omnis amicus dicet, et amicitiam copulavi, usque animæ suavis est. Evang. secundum Lucam cap. CXLIV, Dixit Jesus discipulis suis, Attendite a fermento, usque coram angelis Dei.

XIX Kalend. Septembris. Natale sancti Eusebii. Lectio libri Sapientiæ. Qui sophisticè loquitur, usque pax enim Dei super faciem terræ, Evangelium secundum Matthæum cap. CCLXIII, Dixit Jesus discipulis suis, Vigilate quia nescitis, usque constituet eum.

XVIII Kal. Septembr. Assumptio sanctæ Mariæ matris Domini. Lectio libri Sapientiæ. Fili, in tua infirmitate, usque et consolare illum in exitum spiritus sui. Evangelium secundum Lucam cap. CXXIV, Intravit Jesus in quoddam castellum, usque non auferetur ab eo.

XVII Kal. Sept. Natale sancti Leudegarii. Lectio libri Sapientiæ. Sapientiam scribe in tempore, usque conquiritentes in lege Altissimi. Evang. secundum Luc. cap. CLIV. Dixit Jesus discipulis suis, Sint lumbi vestri prædicti, usque filius hominis venit.

Feria VI. Lectio libri Apocalypsis Joannis apostoli. In diebus illis dixit mihi angelus : Hæc verba fidelissima et vera sunt, usque qui vult accipiat aquam vitæ gratis. Evang. secundum Lucam cap. LXXIV, Rogabat Jesum quidam Pharisæus, usque quoniam dilexit multum.

Sabbato. Lectio libri Regum. In diebus illis consuluit David Dominum, usque deserti in Gabaon. Evangelium quod in Dominica ejusdem hebdomadæ.

Dominica III post sancti Laurentii. Evang. secundum Lucam cap. CXX, Dixit Jesus discipulis suis, Beati oculi qui vident, usque tu fac similiter.

XV Kalend. Septemb. Natale sancti Agapiti. Lectio libri Sapientiæ. Sapientiam omnium antiquorum, usque benedicite Dominum in operibus suis. Evangelium quod in sanctorum.

XIV Kal. Sept. Apparitio sanctæ crucis. Et natale sancti Andree magistri militum. Lectio libri Sapientiæ. Date nomini Domini magnificentiam, usque laudate et benedicite nomen Domini. Evang. secundum Joan. cap. XXIV, Erat homo ex Pharisæis, usque vitam æternam.

XIII Kal. Sept. In Getimauca natale sancti Philiberti. Lectio libri Sapientiæ. Occupatio magna creata est, usque super omnem gloriam operuerunt illum. Evangel. secundum Lucam cap. CLXXXII, Dixit Jesus

discipulis suis, Si quis venit ad me, usque qui habet aures audiendi audiat.

Feria V hebdomadæ quæ supra. Lectio Epistolæ beati Pauli apostoli ad Hebræos. Fratres, abundantius oportet observare nos, usque eis qui tentantur auxiliari. Evang. secundum Luc. cap. XXVI, Surgens Jesus de synagoga, usque evangelizare regnum Dei.

XI Kal. Sept. Natale sancti Timothei. Lectio libri Sapientiæ. Fili, in tempore vitæ tuæ ne indigeas, usque bonum autem nomen permanebit in ævo. Evang. secundum Lucam cap. LXXXII, Dixit Jesus discipulis suis, Si quis venit ad me, usque qui habet aures audiendi audiat.

Sabbato hebdomadæ quæ supra. Lectio Epistolæ beati Pauli apostoli ad Hebræos. Fratres, sancti vocatione cœlestis participes, usque si introibunt in requiem meam. Evang. secundum Matth. cap. CXVII, Abeuntes Pharisæi consilium faciebant, usque in nomine ejus sperabunt.

Dominica IV post sancti Laurentii. Lectio Epistolæ beati Pauli apostoli ad Galatas. Fratres Evang. secundum Lucam cap. CCI, Dum iret Jesus in Hierusalim, usque fides tua te salvum fecit.

IX Kal. Sept. In India natale sancti Bartholomæi apostoli. Reme sanctæ Aureæ virginis. Et depositio sancti Audoeni episcopi et confessoris. Lectio libri Sapientiæ. Disciplina in pace conservate, usque in conspectu omnium virorum. Evang. secundum Lucam cap. CLVI [Al. cxvi]. Qui vos audit, usque acscripta sunt in cœlis.

VIII Kalend. Septemb. A relato natale sancti Genesii martyris. Lectio libri Sapientiæ. Filia patris abscondita est, usque videns gloriam ejus. Evang. secundum Marcum cap. CXXXVIII, Dixit Jesus discipulis suis, Videte ne quis vos seducat, usque hic salvus erit.

Feria IV hebdomadæ quæ supra. Lectio Epistolæ beati Pauli apostoli ad Hebræos. Fratres, operibus ab institutione mundi perfectis, usque imbeciles facti estis ad audiendum. Evang. secundum Lucam cap. CLXVIII, Dum iret Jesus per civitates et castella, usque accumbent in regno Dei.

Feria V hebdomadæ quæ supra. Lectio Epistolæ beati Pauli apostoli ad Hebræos. Fratres, cum deberetis magistri esse propter tempus, usque interiora velaminis. Evang. secundum Lucam cap. CXLIX, Ait ad Jesum quidam de turba, usque et Deus pascit illos.

V Kal. Febr. Romæ natale sancti Hermetis. Africa depositio sancti Agustini. Lectio libri Sapientiæ. Altitudinis firmamentum pulchritudo ejus, usque emittere judicii. Evang. secundum Luc. cap. XLV, Descendens Jesus de monte stetit in loco, usque copiosa est in cœlis.

IV Kalend. Septemb. In Campania natale sanctæ Sabinæ virginis. Et passio sancti Joannis Baptistæ. Lectio libri sapientiæ. Aperti sunt thesauri, usque

pie agentibus dedit sapientiam. Evangelium secundum Matthæum cap. (cxl), Dixit Jesus discipulis sui parabola hanc: Simile est regnum cœlorum thesauro abscondito, usque nova et vetera.

iii Kal. Item in sancti Joannis. Lectio Epistolæ beati Pauli apostoli ad Hebræos. Sancti ludibria et verbera experti, usque probati inventi sunt in Christo Jesu Domino nostro. Evangel. secundum Matthæum cap. lix, Misit Herodes, usque et posuerunt illud in monumentum.

Dominica v post sancti Laurentii. Lectio Epistolæ beati Pauli apostoli ad Galatas. Fratres, spiritu ambulante, usque concupiscentiis. Evangelium secundum Matth. cap. xlviii, Dixit Jesus discipulis suis, Nemo potest duobus dominis servire, usque adficiatur vobis.

Feria ii hebdomadæ quæ supra. Lectio Epistolæ beati Pauli ad Hebræos. Fratres, præcursor pro nobis introit Jesus in interiora velaminis secundum ordinem Melchisedech, usque de qua nullus ad altare præsto fuit, Evangelium quod in ipsa Dominica.

Feria iii hebdomadæ quæ supra. Lectio Epistolæ beati Pauli apostoli ad Hebræos. Fratres, manifestum est quod ex Juda ortus sit Dominus noster, usque quod sicut Dominus et non homo. Evangelium quod in ipsa Dominica.

Kal. Septembris. Ambianis depositio sancti Firmiani, episcopi et confessoris. Lectio libri Sapientiæ. Laudemus viros gloriosos, usque diluvio omnis caro. Evangelium secundum Matth., c. cclxxiii, dixit Jesus discipulis suis, Vigilate ergo, usque constituat eum.

Feria v hebdomadæ quæ supra. Lectio Epistolæ beati Pauli apostoli ad Hebræos. Fratres, omnis pontifex ad offerenda munera, usque sanctum sæculare. Evangelium secundum Matth., cap. xviii, Venit ad Jesum leprosus, usque conveniebant ad eum undique.

Feria vi hebdomadæ quæ supra. Lectio Epistolæ beati Pauli apostoli ad Hebræos. Fratres, tabernaculum factum est primum, usque æterna redemptione inventa. Evangelium secundum Lucam, cap. ccxxviii, Dixit Jesus discipulis suis similitudinem hanc, Homo quidam nobilis, usque ascendens in Hierusalem.

Sabbato hebdomadæ quæ supra. Lectio Epistolæ beati Pauli apostoli ad Hebræos. Fratres, si enim sanguis hircorum, usque melioribus hostiis quam istis. Evangelium secundum Matth., cap. ccxxiii, Dixit Jesus turbis Judæorum et principibus sacerdotum, Væ vobis, Scribæ et Pharisei, usque illa non omittite.

Dominica mensis vi. Lectio Epistolæ beati Pauli apostoli. Fratres, si vivimus spiritu, usque domesticos fidei. Evangelium secundum Lucam, cap. lxxvii, Ibat Jesus in civitatem, usque plebem suam.

Non. Septembris. In Gallia, civitate Vesuntio, natale sanctorum Ferioli et Ferutioni cum sociis

A eorum. Lectio libri Sapientiæ. Abraham magnus pater multitudinis, usque elegit illum de omni carne. Evangelium secundum Lucam, cap. xlv, Descendens Jesus de monte, usque copiosa est in cœlis.

Feria iii hebdomadæ quæ supra. Lectio Epistolæ beati Pauli apostoli ad Hebræos. Fratres, non enim in manufactis sanctis, usque sedet in dextera Dei. Evangelium secundum Matth., cap. xxxix, Dixit Jesus discipulis suis, Audistis quia dictum est, Diliges proximum tuum, usque in absconso reddet tibi.

Feria iv hebdomadæ quæ supra. Lectio Epistolæ beati Pauli apostoli ad Hebræos. Fratres, de cætero expectat Dominus Jesus donec ponantur inimici ejus, usque horrendum est incidere in manus Dei viventis. Evangelium quod in Dominica.

B vi Idus Septembris. Nativitas sanctæ Mariæ Dei Genitricis. Et natale sancti Adriani martyris. Lectio libri Sapientiæ. Audivit Moyses Dominum et vocem ipsius, usque unxi eum oleo sancto. Evangelium secundum Lucam, cap. iii, Resurgens Maria abiit in montana, usque in Deo salutari meo.

Item lectio Sapientiæ. Factum est sancto in testamentum æternum, usque ingentem eorum æternam fecit. Evangelium secundum Joannem, cap. cxxxii, Dixit Jesus discipulis suis, Ego sum vitis vera, usque gaudium vestrum impleat.

v Idus Septembris. Depositio sancti Audomari episcopi et confessoris. Lectio libri Sapientiæ. Fortis in bello Jesu Nave, usque nomen eorum permanet in æternum. Evangelium secundum Lucam cap. cliv, Dixit Jesus discipulis suis, Sint lumbi vestri præcincti, usque Filius hominis venit.

iv Idus Septembris. Depositio sancti Hilarii episcopi. Lectio libri Sapientiæ. Dilectus a Deo suo Samuel, usque exultatione Goliath. Evangelium secundum Marcum, cap. cxxxvii, Dixit Jesus discipulis suis, Videte ne quis vos seducat, usque hic salvus erit.

iii Idus Septembris, Natale sanctorum Proti et Jacineti. Lectio libri Sapientiæ. Invocavit David Dominum omnipotentem, usque potentiam inimicorum. Evangelium secundum Matth., cap. lxxxix, Dixit Jesus discipulis suis, Cum persequerentur vos in civitate ista, usque coram Patre meo qui est in cœlis.

Dominica mensis viii. Lectio Epistolæ beati Pauli apostoli ad Ephesios. Fratres, obsecro vos vincit in Domino, usque in omnibus nobis. Evangelium secundum Lucam, cap. clxvi, Cum intraret Jesus in domum cujusdam, usque exaltabitur.

Feria ii hebdomadæ supra. Lectio Epistolæ beati Pauli apostoli ad Hebræos. Fratres, rememoramini autem pristinos dies, usque super illam defunctus adhuc loquitur. Evangelium secundum Lucam, cap. ccxl, Docente Jesu populum in templo, usque in qua potestate hæc facio.

Idibus Septembris. Duronis depositio sancti Lidoris episcopi. Et Andigavis, depositio Aureliani [Lege Maurilii] episcopi. Lectio libri Sapientiæ. Salomon

impetravit in diebus pacis, *usque* liberavit eos. A Evangelium secundum Matth., cap. lxxxix, Dixit Jesus discipulis suis, Cum persequentur vos in civitate ista, *usque* coram Patre meo qui est in caelis.

xviii Kal. Octobris. Natale sancti Cornelii pontificis et sancti Cypriani, atque exaltatio sanctæ Crucis. Lectio libri Sapientiæ. Surrexit Elias propheta quasi ignis, *usque* atque evenirent. Evangelium secundum Lucam, cap. cxl, Dicebat Jesus turbis Phariseorum et principibus, *usque* ut accusarent eum.

Item de cruce. Lectio Epistolæ beati Pauli apostoli ad Philippenses. Fratres, hoc enim sentite in vobis, *usque* in gloria est Dei Patris. Evangelium secundum Joannem, cap. xxxiv, Erat homo ex Pharisæis, *usque* vitam æternam.

xvii Kal. Octobris. Natale sancti Nicomedis. Lectio libri Sapientiæ. In compositione odoris, *usque* in originem Adam. Evangelium secundum Lucam, cap. xcvi, Dixit Jesus discipulis suis, Si quis vult post me venire, *usque* videant regnum Dei.

xvi Kal. Octobris. Natale sanctarum virginum Lucie et Eufemie. Lectio libri Sapientiæ. Ego quasi vitis fructificavi, *usque* vitam æternam habebunt. Evangelium secundum Matthæum, cap. cxl, Dixit Jesus discipulis suis, Simile est regnum cælorum thesauro abscondito, *usque* nova et vetera.

xv Kal. Octobris. In Ledio, depositio sancti Landiberti episcopi. Lectio libri Sapientiæ. Simon Oniæ filius sacerdos magnus, *usque* consummatione virtutis. Evangelium secundum Lucam, cap. xcvi, Dixit Jesus discipulis suis, Si quis vult post me venire, *usque* videant regnum Dei.

Dominica mensis vii. Lectio Epistolæ beati Pauli apostoli ad Corinthios. Fratres, gratias ago Deo meo, *usque* adventus Domini nostri Jesu Christi. Evangelium secundum Matthæum, cap. ccxxiii, Accedentes ad Jesum Sadducæi, *usque* mirabantur in doctrina ejus.

Feria ii hebdomadæ quæ supra. Lectio Epistolæ beati Pauli apostoli ad Hebræos. Fratres, sicut Enoch translatus est, *usque* hospites super terram. Evangelium secundum Lucam, cap. xxxviii, Vidit Jesus publicanum nomine Levi, *usque* peccatores in penitentiam.

Feria iii hebdomadæ quæ supra. Lectio Epistolæ beati Pauli apostoli ad Hebræos. Fratres, qui seducunt peregrinos et hospites super terram, significant se, *usque* circuitu dierum septem. Evangelium quod ipsa Dominica.

Feria iv in jejuniis hebdomadæ quæ supra. Lectio Amos prophetæ. Hæc dicit Dominus, Ecce dies venient, et comprehendet arator, *usque* de terra sua quam dedi eis, dicit Dominus omnipotens. Evangelium secundum Marcum, cap. xci, Respondens unus de turba dixit, *usque* in oratione et jejuniis.

Feria v hebdomadæ quæ supra. Lectio Epistolæ beati Pauli apostoli ad Hebræos. Fratres, sicut Raab

meretrix, *usque* in dextera sedis Dei sedet. Evangelium quod in Dominica ipsius.

Feria vi hebdomadæ quæ supra. Lectio Osee prophetæ. Hæc dicit Dominus, Convertere ad Dominum Deum tuum, *usque* justi ambulabunt in eis. Evangelium secundum Lucam, cap. xxxvi, Sedebat Jesus docens, *usque* vidimus mirabilia hodie.

Sabbato in xii lectionibus. Lectio libri Levitici. In diebus illis locutus est Dominus ad Moysen dicens, Decimo mensis septimi, *usque* Sabbata vestra, dicit Dominus omnipotens.

Item alia lectio Levitici. In diebus illis locutus est Dominus ad Moysen dicens, Quintodecimo die mensis septimi, *usque* ego Dominus Deus vester.

Item lectio Micheæ prophetæ, Domine Deus noster, pasce populum, *usque* a diebus antiquis, Domine Deus noster.

Item lectio Zachariæ prophetæ. In diebus illis factum est verbum Domini ad me dicens, *usque* pacem diligite, dicit Dominus omnipotens exercituum.

Item lectio libri Exodi. In diebus illis oravit Moyses ad Dominum Deum suum dicens, Cur, Domine, irascitur furor tuus, *usque* adversus populum sanctum, Domine Deus noster.

Lectio Epistolæ beati Pauli apostoli ad Hebræos. Fratres, tabernaculum factum est primum, *usque* æterna redemptione inventa. Evangelium secundum Lucam, cap. cxlvi, Erat Jesus docens in synagogis, *usque* gloriose siebant ab eo.

Dominica mensis vii. Lectio Epistolæ beati Pauli apostoli ad Ephesios. Fratres, renovamini spiritu mentis vestræ, *usque* necessitatem patientibus. Evangelium secundum Matthæum, cap. lxx, Ascendens Jesus in navicula, *usque* potestatem talem hominibus.

xii Kal. Octobris. Natale sanctorum Dorondoni, Dorothei, Privati, Felicis, Constantiæ, qui passi sunt sub Nerone. Lectio libri Sapientiæ. In ascensu altaris sancti, *usque* secundum suam misericordiam. Evangelium secundum Matthæum, c. cclxxiii, Dixit Jesus discipulis suis, Vigilate quia nescitis diem, *usque* constituet eum.

x i Kal. Octobris. In Persida, natale sancti Matthæi apostoli et evangelistæ. Et sancti Lucæ evangelistæ. Lectio libri Apocalypsis Joannis apostoli. In diebus illis vidi ostium apertum in cælo, *usque* adorabunt viventem in sæcula sæculorum. Evangelium secundum Lucam, cap. xxxviii, Vidit Jesus publicanum nomine Levi, *usque* peccatores in penitentiam.

x Kal. Octobris. Agauno, natale sanctorum Maurici, Exsuperi, Caudidi, cum aliis quinque milia dclxxxv. Lectio libri Sapientiæ. Det nobis Deus jucunditatem cordis, *usque* quia lux Dei vestigium ejus est. Evangelium secundum Joan., cap. cxxxviii, Dixit Jesus discipulis suis, Hæc mando vobis, ut diligatis invicem, *usque* oderunt me gratis.

ix Kal. Octobris. Natale S. Teclæ virginis, et S. Marci evangelistæ. Lectio libri Sapientiæ. Constitue tibi, Domine Rex, *usque* benedicam nomen tuum,

Domine Deus meus. Evangelium secundum Matth., cap. cclxviii, Dixit Jesus discipulis suis, Videte ne quis vos seducat, usque hic salvus erit.

viii Kal. Octobr. Natale S: Joan. Baptistæ, et sanctorum Juliani, Christophori. Lectio libri Sapientie. Dedit mihi Dominus linguam mercedem meam, usque vestram in tempore suo. Evangelium secundum Marc., cap. cxxxix, Videte ne quis vos seducat, usque hic salvus erit.

vii Kal. Oct. In Gallia, Ambiacis, natale S. Firmi martyris. Lectio Epistolæ beati Pauli apostoli ad Hebræos, Fratres, recogitate Dominum, qui tale sustinuit, usque exercitatis per eam reddet justitiæ, Evang. secundum Matth., cap. cclxiii, Dixit Jesus discipulis suis, Vigilate, usque constituet eum.

Dominica iii post S. Cypriani. Lectio B. Pauli apostoli ad Ephesios. Fratres, videte quomodo caute ambulatis, usque invicem in timore Christi. Evang. secundum Matth., cap. cclxxxviii, Dixit Jesus discipulis suis parabolam hanc, Simile est regnum cælorum homini regi, qui voluit rationem, usque de cordibus vestris.

Feria ii hebdomadæ quæ supra. Lectio Epistolæ B. Pauli apostoli ad Hebræos. Fratres, remisit manus et soluta genua, usque melius loquentem quam Abel. Evang. secundum Marcum, cap. cxxi, Interrogavit Jesum unus de scribis, usque non est longe a regno Dei.

Desunt hic multa.

Evangelium secundum Marcum, cap. cxvii, cum egressus esset Jesus in via, usque Veni, sequere me.

Feria vi. Lectio Epistolæ B. Pauli apostoli ad Ephesios. Fratres, unicuique autem nostrum data est gratia, usque sicut est veritas in Christo Jesu Domino nostro. Evangelium secundum Marc., cap. lxxvii, Exierunt Pharisei et cœperunt, usque dimisit illum in domum suam.

vi Idus Nov. Natale sanctorum quatuor coronatorum, et S. Ragnulfi martyris. Lectio libri Sapientie. Expectatio justorum lætitia, usque exaltabitur civitas. Evang. secundum Luc. (cap.) xlv, Descendens Jesus de monte, usque copiosa est in cœlis.

Hebdomada ii. Lectio Epistolæ B. Pauli apostoli ad Corinthios. Fratres, sic nos existimet homo, usque tunc laus est unicuique a Deo. Evang. secundum Joannem, cap. ix, Miserunt Judæi ab Jerusalem, usque ubi erat Joannes baptizans.

v Idus Nov. Passio S. Theodori martyris. Lectio libri Sapientie. Beatus homo qui invenit sapientiam, usque nubes rore concresecunt. Evang. secundum Joan. cap. cxxxiv, Hoc est præceptum meum, ut diligatis invicem, usque oderunt me gratis.

vi Idus Nov. Romæ depositio S. Leonis episcopi, et S. Mennæ. Lectio libri Sapientie. Lingua sapientium, usque dicitur a Domino. Evang. secundum

Lucam, cap. cclxx, Facta est contentio a discipulis, usque tribus Israel.

iii Idus Novemb. Turonis, depositio S. Martini episcopi et confessoris. In vigilia. Lectio libri Sapientie. Justum deduxit Dominus, usque claritatem æternam Dominus Deus noster. Evangelium secundum Lucam, cap. cliv, Dixit Jesus discipulis suis, Sint lumbi vestri præincti, usque Filius hominis venit.

Item in die. Lectio libri Sapientie. Ecce sacerdos magnus, usque suavitatis. Evangelium secundum Matthæum, cap. cclxix, Dixit Jesus discipulis suis parabolam hanc, Homo quidam peregre, usque in gaudium domini tul.

Feria ii. Lectio Epistolæ B. Pauli apostoli ad Ephesios. Fratres, omnis sermo malus, usque in odorem suavitatis. Evangelium secundum Lucam, cap. ccxl, Docente Jesu in templo, usque potestate hæc facio.

Idibus Nov. Natale S. Bricii. Lectio libri Sapientie. Benedictio Domini super caput justi usque corona gloriæ. Evangelium secundum Lucam, cap. cxxxviii, Dixit Jesus discipulis suis parabolam hanc, Homo quidam nobilis abiit, usque abundabit.

Feria iii. Lectio Epistolæ B. Pauli apostoli ad Ephesios. Fratres, nolite communicare operibus infructuosus, usque quæ sit voluntas Domini. Evangelium secundum Lucam, cap. lxxiv, Rogabat Jesum quidam Pharisæus, usque dilexit multum.

Item feria iv. Lectio Isaie prophetæ. In diebus illis dixit Isaïas propheta, Erit in novissimis diebus, usque in lumine Domini Dei nostri.

Item ubi supra. Lectio Isaie prophetæ. In diebus illis locutus est Dominus ad Achaz dicens, usque eligere bonum. Evangelium secundum Lucam, cap. iii, Missus est Gabriel angelus a Deo, usque fiat mihi secundum verbum tuum.

Feria vi. Lectio Isaie prophetæ. Hæc dicit Dominus Deus, Egredietur virga, usque fides circumiorum renum ejus. Evangelium secundum Lucam, cap. iii, Exurgens Maria, usque in Deo salutari meo.

Sabbato in xii lectionibus. Lectio Isaie prophetæ. In diebus illis clamabunt ad Dominum a facie tribulantis, usque sanabit eos Dominus Deus noster.

Item ubi supra. Lectio Isaie prophetæ. Hæc dicit Dominus Deus, Lætabitur deserta, usque fontes aquarum Dominus Deus noster.

Item ubi supra. Lectio Isaie prophetæ. Hæc dicit Dominus Deus, Super montem excelsum ascende tu, usque in sinu suo levabit eos Dominus Deus noster.

Item lectio Isaie prophetæ. Hæc dicit Dominus Deus christo meo Cyro, usque ego Dominus creavi eum.

Item lectio Daniel prophetæ. In diebus illis angelus descendit, usque superexaltatus in sæcula. **A** Dixit Jesus discipulis suis, Cum audieritis prælia, usque animas vestras.

Item ad Messam. Lectio Epistolæ beati Pauli apostoli ad Colossenses. Fratres, rogamus vos per adventum Domini nostri Jesu Christi, usque et destruet illustrationem adventus sui Deo suo. Evangelium secundum Lucam, cap. III, Anno xv, usque et videbit omnis caro salutare Dei.

Hebdomada I ante natale Domini. Lectio Epistolæ beati Pauli apostoli ad Philippenses. Fratres, gaude in Domino semper, usque intelligentias vestras in Christo Jesu Domino nostro. Evangelium secundum Joannem cap. ix, Miserunt ab Hierosolymis, usque ubi erat Joannes baptizans.

Item ubi supra. Lectio Epistolæ B. Pauli apostoli ad Hebræos. Fratres, nolite amittere confidentiam, usque in acquisitionem animæ. **B**

Item lectio ubi supra. Lectio Jeremiæ prophetæ. Ecce dies veniunt, dicit Dominus, usque in terram suam, dicit Dominus omnipotens.

In vigilia (natis) Domini. Ad nonam. Lectio Isaïæ prophetæ. Hæc dicit Dominus, Propter Sion non tacebo, usque quia complacuit Domino in te. Evangelium secundum Matthæum, cap. III, Cum esset desponsata mater Jesu, usque a peccatis eorum.

xvi Kal. Decemb. Gallia, depositio S. Eucherii episcopi. Lectio libri Sapientiæ. Beatus homo qui invenit sapientiam, usque nubes rorē concresecunt. Evangelium secundum Matthæum, cap. cclxiii, **C** Vigilate usque constituet eum.

xv Kal. Decembr. Depositio S. Aniani, episcopi et confessoris, Aurelianus. Lectio libri Sapientiæ. Justum deduxit Dominus, usque claritatem æternam Dominus Deus noster. Evangelium secundum Matthæum, cap. cclxiiii, Sedente Jesu supra montem Oliveti, usque salvus erit.

x Kal. Dec. Natale S. Cæciliæ virginis, Valeriani, T. burcii, et Maximi martyrum. Lectio libri Sapientiæ. Domine Deus meus, exaltasti super terram, usque nomen tuum, Domine Deus noster. Evangelium secundum Matthæum, cap. cclxviii, Dixit Jesus discipulis suis parabolam hanc, Simile est regnum cælorum decem virginibus, usque neque hora.

ix Kal. Decemb. Natale S. Clementis, et S. Felicitatis, et S. Columbanii. Lectio libri Sapientiæ. Beatus vir qui in sapientia morabitur, usque hæreditabit illum Dominus Deus noster. Evangelium secundum Matthæum, cap. cclxix, Dixit Jesus discipulis suis parabolam hanc, Homo quidam peregre proficiscens, usque in gaudium domini tui. **D**

Item lectio libri Sapientiæ. Mulierem fortem, usque in portis opera ejus. Evangelium secundum Matthæum, cap. cxxx, Loquente Jesu ad turbas, usque soror et mater est.

viii Kal. Decembr. Natale S. Crysogoni. Lectio libri Sapientiæ. Justus cor suum tradidit ad vigilandum, usque requiretetur a generatione in generationem. Evangelium secundum Lucam, cap. cccxix,

A Dixit Jesus discipulis suis, Cum audieritis prælia, usque animas vestras.

iii Kal. Decemb. Natale S. Saturnini. Lectio libri Sapientiæ. Beatus vir qui inventus est sine macula, usque omnis ecclesia sanctorum. Evangelium secundum Matthæum, cap. cxxxix, Dixit Jesus discipulis suis. Videte ne quis vos seducat, usque hic salvus erit.

ii Kal. Decemb. Natale S. Andreae. In vigilia. Lectio Epistolæ beati Pauli apostoli ad Ephesios. Fratres, benedictus Deus et Pater Domini nostri Jesu Christi qui benedixit nos, usque superabundavit in nobis. Evangelium secundum Joannem, cap. xvi, Stabat Joannes et ex discipulis ejus duo, usque super Filium hominis.

B In die. Lectio Epistolæ beati Pauli apostoli ad Romanos. Corde enim creditur ad justitiam, usque verba eorum. Evangelium secundum Matthæum, cap. xx, Ambulans Jesus juxta mare Galilææ, usque secuti sunt eum.

Et eodem die S. Ambrosii.

Kal. Decemb. Depositio S. Elegi. Lectio libri Sapientiæ. Beatus homo qui invenit sapientiam, usque nubes rorē crescunt. Evangelium secundum Lucam, cap. cliv, Dixit Jesus discipulis suis, Sint lumbi vestri præcincti, usque Filius hominis venit.

iv Idus Decemb. Romæ depositio sancti Damasi papæ. Lectio libri Sapientiæ. Beatus vir qui inventus est sine macula, usque omnis ecclesia sanctorum. Evangelium secundum Joannem, cap. cxxxviii, Dixit Jesus discipulis suis, Hæc mando vobis, ut diligatis invicem, usque qui oderunt me gratis.

iii Idus Decemb. Natalis sanctæ Eulaliæ virginis et sanctorum martyrum Victoris, Fusciani, et Gentianii. Lectio Epistolæ beati Pauli apostoli ad Corinthios. Fratres, qui gloriatur, in Domino gloriatur, usque exhibere Christo. Evangelium secundum Matthæum, cap. cclxviii. Dixit Jesus discipulis suis parabolam hanc, Simile est regnum cælorum decem virginibus, usque neque horam.

Item lectio Epistolæ beati Pauli apostoli ad Romanos. Fratres, scimus, diligentibus Deum omnia cooperantur in bonum, usque tradidit illum. Evangelium secundum Joannem, cap. cxxxviii, Dixit Jesus discipulis suis, Hæc mando vobis, ut diligatis invicem, usque qui oderunt me gratis.

ii Idus Decemb. Depositio S. Valerici confessoris. Lectio libri Sapientiæ. Justum deduxit Dominus, usque claritatem æternam Dominus Deus noster. Evangelium secundum Matthæum, cap. cclxix, Dixit Jesus discipulis suis, Homo quidam peregre, usque in gaudium domini tui.

Idibus Decemb. Depositio S. Autberti episcopi Camaracum. Et S. Lucie virginis. Lectio libri Sapientiæ. Sapientia vincit malitiam, usque disciplina Dei. Evangelium secundum Lucam, cap. cclii, Dixit Jesus discipulis suis, Ponite in cordibus vestris, usque animas vestras.

xv Kal. Januarii. Natale S. Afræ virginis. Lectio

libri Malachiæ prophetæ. Hæc dicit Dominus Deus, Ecce ego mittam angelum meum, usque anni anti-qui, dicit Dominus omnipotens. Evang. secundum Matthæum, cap. cxi, Dixit Jesus discipulis suis parabolam hanc, Simile est regnum cœlorum thesauro abscondito, usque nova et vetera.

xii Kal. Januarii. Romæ depositio S. Innocentii episcopi. Lectio Epistolæ beati Pauli apostoli ad Romanos. Fratres, quis nos separabit a charitate Dei, usque quæ est in Christo Jesu Domino nostro? Evangelium secundum Lucam, cap. xlv, Descendens Jesus de monte, usque copiosa est in cœlis.

xi Kal. Januarii. Romæ inter duos lauros natae sanctorum triginta martyrum. Lectio libri Sapientie. Jus' in perpetuum vivent, usque deducet illo Dominus Deus noster. Evang. secundum Matthæum, cap. cclxiii, Dixit Jesus discipulis suis, Vigilate, usque constituet eum.

x Kal. Januarii. In Nicomedia natale sanctorum dcccxl martyrum. Lectio libri Sapientie. Justorum animæ, usque pacem electis Dei. Evangelium secundum Marcum, cap. cxxxviii, Dixit Jesus discipulis suis, Videte ne quis vos seducat, usque hic salvus erit.

xi Kal. Januarii. Cappadocia, natale quadraginta virginum. Lectio Epistolæ beati Pauli apostoli ad Corinthios. Fratres, qui gloriatur, in Domino gloriatur, usque exhibere Christo. Evangelium secundum Matthæum, cap. xl, Dixit Jesus discipulis suis parabolam hanc, Simile est regnum cœlorum thesauro abscondito in agro, usque nova et vetera.

Pro ubertate pluvie, sive temperantia aeris. Lectio Johel prophetæ. Hæc dicit Dominus, Noli timere terra, usque quod fecit vobiscum mirabilia. Evang. secundum Lucam, cap. lxxxiii, Factum est in una dierum, usque obediunt ei.

Pro sterilitate pluvie. Lectio Jeremiæ prophetæ. Hæc dicit Dominus Deus, Numquid projecisti Juda, usque hæc omnia, Domine Deus noster. Evangelium secundum Matthæum, cap. clx, Dixit Jesus discipulis suis, Misereor super urbem, usque discipulis ejus cum eo.

In die belli. Lectio Isaie prophetæ. In diebus illis ægrotavit Ezechias, usque protegam eum, ait Dominus omnipotens. Evangelium secundum Lucam, cap. cl, Dixit Jesus discipulis suis, Nolite solliciti esse, usque adjicientur vobis.

De natali papæ. Lectio Epistolæ beati Pauli apostoli ad Hebræos. Fratres, omnis Pontifex, usque ordinem Melchisedech. Evangelium secundum Lucam, cap. cclxx, Facta est contentio inter discipulos, usque tribus Israel.

In ordinatione diaconorum. Lectio Epistolæ beati Pauli apostoli ad Timotheum. Charissime, diaconos constitue pudicos, usque in fide quæ est in Christo Jesu Domino nostro. Evangelium secundum Joannem, cap. civ, Dixit Jesus discipulis suis,

Amen, amen dico vobis, nisi granum frumenti, usque qui est in cœlis.

In ordinatione presbyteri. Lectio epistolæ beati Pauli apostoli ad Titum. Charissime, Paulus servus Christi, apostolus autem, usque doctrina sana per Jesum Christum Dominum nostrum. Evangelium secundum Matthæum, cap. cclxiii, Dixit Jesus discipulis suis, Vigilate ergo, usque constituet eum.

In ordinatione episcopi. Lectio Epistolæ beati Pauli apostoli ad Timotheum. Charissime, fidelis sermo, si quis episcopatum, usque Dei nostri in omnibus. Evangelium secundum Matthæum, cap. clxv, Dixit Jesus discipulis suis, Qui putas est fidelis servus? Evangelium secundum Matthæum, cap. clxvi, Venit Jesus in partes Cæsarææ Philippi, usque solum et in cœlis.

In dedicatione basilicæ sive oratorii. Lectio Apocalypsis Joannis apostoli. In diebus illis vidi civitatem sanctam Jerusalem, usque nova facio omnia. Evangelium secundum Lucam, cap. lx, Dixit Jesus discipulis suis, Non est arbor bona quæ facit fructum malum, usque fundata erat super petram. Item Evangelium secundum Lucam, cap. ccxxv, Egressus Jesus, usque salus domni facta est.

Ad sponsas benedicendas. Lectio Epistolæ beati Pauli apostoli ad Corinthios. Fratres, nescitis quoniam corpora vestra, usque portate Deum in corpore vestro. Evang. secundum Matthæum, cap. ccxxi, Loquebatur Jesus cum discipulis suis, usque pauci autem electi.

Item Evangelium secundum Matthæum, cap. cxxxix, Venit Jesus in fines Judææ, usque quod Deus conjunxit, homo non separet.

In adventu judicium. Lectio Epistolæ beati Pauli apostoli ad Timotheum. Fratres, obsecro vos primo omnium, usque in fide et veritate. Evang. secundum Lucam, cap. ccxxviii, Dixit Jesus discipulis suis parabolam hanc, Homo quidam nobilis erat, hic habuit, usque dabitur, et abundabit.

In tribulatione sive commotione. Lectio Jeremiæ prophetæ. Hæc dicit Dominus Deus, Numquid cadit, usque verbum autem Domini manet in æternum et in sæculum sæculi.

Item ejusdem. Hæc dicit Dominus Deus, Facite judicium et justitiam, usque servi et populi eorum, ait Dominus Deus.

Item ejusdem. Si iniquitates nostræ contenderint, usque ne derelinquas nos, Domine Deus noster. Evangelium secundum Lucam, cap. ccxxv, Egressus Jesus perambulabat Jericho, usque salvum facere quod perierat.

In natali sacerdotum. Lectio libri Malachiæ prophetæ. Hæc dicit Dominus, Sciatis quia nisi ad vos mandatum, usque quæ angelus Domini exercituum est. Evangelium secundum Marcum cap. lxi, Circuibat Jesus in circuitu, usque ægrotos, et sanabantur.

Missa qua sacerdos pro se canet. Lectio Epistolæ beati Pauli apostoli ad Romanos. Fratres, scimus quod lex spiritualis est, usque hujus gratia Dei per Jesum Christum Dominum nostrum. Evangelium secundum Matthæum cap. LXXVI, Circuibat Jesus omnes civitates, usque omnem infirmitatem.

Missa votiva. Lectio Isaïæ prophete. Hæc dicit Dominus, In die illa differtur munus Domino, usque hæreditas mæa Israel, dicit Dominus omnipotens.

Pro infirmis. Lectio Epistolæ beati Pauli [*Lege Jacobi*] apostoli. Fratres, tristatur aliquis vestrum, usque ora pro invicem, ut salvemini.

Pro iter agentibus. Lectio libri Geneseos. In diebus illis locutus est Abraham dicens, Dominus cœli, qui tulit me de domo, usque ipse mittet angelum suum coram te:

In agenda mortuorum. Lectio libri Machabæorum. In diebus illis vir fortissimus Juda, usque et a peccatis solvantur.

Item lectio Epistolæ beati Pauli apostoli ad Thessalonicenses, Fratres, nolumus vos ignorare de dormientibus, usque itaque consolamini invicem in verbis in Christo Jesu Domino nostro.

Item lectio Isaïæ prophete. Hæc dicit Dominus Deus, Orietur in tenebris lux tua, usque quia os Domini locutum est. Evangelium secundum Joannem, cap. XCIV, Dixit Martha ad Jesum, usque qui in hunc mundum venisti.

Item Evangelium secundum Joannem cap. XXXIX,

Dixit Jesus discipulis suis et turbis Judæorum, Sicut enim Pater suscitatur mortuos, usque de morte in vitam.

Item secundum Joannem, cap. LVI, Dixit Jesus turbis Judæorum, Omne quod dat mihi, usque in novissimo die.

Item secundum Joannem, cap. LXV, Dixit Jesus discipulis suis et turbis Judæorum. Ego sum panis vivus, usque in novissimo die.

LECTIONES DEFUNCTORUM.

I. Parce mihi, Domine, nihil enim sunt dies mei, usque non subsistam.

II. Tædet animæ meæ vitæ meæ, usque possum eruere.

III. Manus tuæ, usque custodivit spiritum meum.

IV. Responde mihi, quantas habeo iniquitates? usque vestimentum quod comeditur a tineâ.

V. Homo natus de muliere, brevi vivens tempore, usque donec optata veniat.

VI. Quis mihi hoc tribuat, ut in infernum protegas me, usque sed parce peccatis meis.

VII. Spiritus meus attenuabitur, dies mei breviantur, usque patientia mea tu es, Domine Deus meus.

VIII. Pelli meæ consumptis carnibus, usque sculptantur in silice.

IX. Scio enim quod Redemptor meus vivit, usque hæc spes mea in sinu meo.

S. EUSEBII HIERONYMI,

STRIDONENSIS PRESBYTERI,

OPERUM MANTISSA

CONTINENS

SCRIPTA SUPPOSITITIA.

PARS TERTIA,

COMMENTARII IN NOVUM TESTAMENTUM.

ADMONITIO IN EXPOSITIONEM SEQUEMTEM.

Falso ascriptis Hieronymo in novum Testamentum commentariis, hunc primus accensuit editor Benedictinus, quem S. Doctoris nomine insignitum in codicibus mss. reperit, ex uno autem, ut visus illi est, antiquiore Gemeticensi descripsit. Titulus erat, quem et retinemus, *Expositio quatuor Evangeliorum de brevi Proverbio edita Hieronymi presbyteri*; quibus sane verbis, num ab ipso dicatur Hieronymo adornata, an ab alio ejusdem scriptis excepta, quantum scio, dubium adhuc relinquatur. Verus ejus auctor visus est Martiano Valafrius Strabo Fuldensis; ita tamen, ut quæ humana sunt toto contextu ora ionis